



FRATRIS

IOANNIS CAPATA, Y SANDOVAL

AVGVSTINIANI, THEOLOgiæ Magiſtri, ac eiuſdem, in Valliſoletano D. Gabrielis Collegio Prouinciæ Caſtellæ, Primarij profeſſoris, & ſtudiorum Regentis.

DE IVSTITIA DISTRIBVTIVA & Acceptione Perſonarum ei oppoſita.

DISCEPTATIO.

Pro Noui Indiarum Orbis rerum Moderatoribus, Summiſquè, & Regalibus Conſiliarijs, elaborata

Æquiſsimo eorum Præſidi Conſecrata.

Anno  1609.

CVM PRIVILEGIO.

Valliſoleti, Excudebat Chriſtophorus Laſſo Vaca.

TASSA.

YO Iuan Aluarez del Marmol escriuano de Camara de su Magestad, de los que en el su Consejo residen; doy fee, que auiendose visto por los señores del Consejo de su Magestad, vn libro intitulado, *De Iustitia Distributiua*, que con licencia de su Magestad, hizo imprimir el Maestro Fray Iuan Zapata de la Orden de San Augustin: tassaron cada pliego del dicho libro a quatro marauedis: y al dicho precio y no mas mandaron se venda cada cuerpo del dicho libro; y q̃ esta tassa se imprima en el principio y primer pliego. Y para que dello conste, de pedimiento del dicho Maestro Fray Iuan Zapata, y de mandamiento de los dichos señores, di el presente, que es fecha en la villa de Madrid a 22. dias del mes de Hebrero, de 1610. años.

Iuan Aluarez del Marmol,

ERRATA.

Pagina.11.linea 22, ad hoc lege. ab hoc. 18. 2. nerali generali. 23. 10 Vocatur. versatur. & lin. 15. Versatur. vocatur. 35. 3. vis suis. 36 3. sum suum. 50. 1. præfertur, præferatur. 88. 20 suscipio. suspisio. 120. 1. defectum. defectus. 91. 4. iustitis iustis. 202. 3. affectu effectu 203. 17. siue. sibi. 174. 9. diligeret. diligere, & lin. 10 diligere. diligeret. 306. 2. instituẽtis intuentis. 3 5. 21 satisfactio satisfacio. 315. 22. Zapata Ca. 386. 16. indignum. dignum. 404 1. magis digno. magis dignum. 400 6 committere. committeret. 315. 5. sie. sit. 438. 23. quo qua. 426. 6. ea ex. 66. 5. Virtutis. Veritatis. 305. 21. debet debent. 326. 7. pucilli pusilli.

Con estas erratas, està conforme a su original. Fecha en Valladolid. 25. de Enero. 1610.

El Doctor Augustin de Vergara.



OR quanto por parte de vos el Maestro Fray Iuan Zapata, de la Orden de S. Augustin Cathedratico de Prima de Theologia del Collegio de San Gabriel de Valladolid; nos fue fecha relacion, teniades cõpuesto vn libro intitulado, *De Iustitia Distributiua, & Acceptione Personarum ei opposita*, para la recta distribucion de los Officios Ecclesiasticos, y seculares, en seruicio del nuestro Consejo de las Indias, y prouecho y vtilidad de la buena dispensacion y gouierno de las cosas espirituales y temporales de aq̃llos Nueuos mundos, y que no poco importarà para las de España, de q̃ haziades presentacion, con la aprouaciõ de vuestra Religion: suplicandonos le mandassemos ver y examinar, y aprouado, daros licencia y priuilegio para le imprimir por veynte años, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mãdado se hizierõ las diligẽcias, q̃ la pragmatica por nos vltimamente fechà sobre la impressiõ de los libros, dispone. Fue acordado, q̃ deuiamos demandar dar esta nr̃a carta para vos en la dicha razõ: y nos tuuimos lo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años, primeros siguientes, q̃ corran y se quenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, vos ò la persona que vuestro poder vuiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro, q̃ que de suso se ha fecho mencion, por su original, que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin, de Pedro Zapata del Marmol nuestro escriuano de Camara, de los que en el nuestro Consejo residẽ, y con que antes que se venda, lo traygays ante ellos con su original, para que se vea si la dicha impression està cõforme a el, ò traygays fee en publica forma, como por Corrector por nos nombrado, se vio y corrigio la dicha impres-

impression por su original. Y mãdamos al impressor, q̃ ansi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con su original al autor, ò persona a cuya costa lo imprimiere, y no a otra persona alguna, para effecto de la dicha correction y tassa, hasta q̃ antes, y primero el dicho libro este corregido, y tassado por los del nuestro Cõsejo, y estãdo fecho, y no de otra manera, podays imprimir el dicho principio y primer pliego: y seguidamẽte ponga esta nr̃a cedula, y la aprouaciõ q̃ del dicho libro se hizo por nr̃o mandado, y la tassa y erratas, sopena de caer e incurrir enlas penas cõtenidas en las leyes, y pragmaticas d̃ nr̃os Reynos, q̃ sobre ello disponen. Y mãdamos, q̃ durante el termino de los dichos diez años, persona alguna, sin la dicha vuestra licencia, no pueda imprimir ni vẽder el dicho libro; sopena, q̃ el q̃ lo imprimiere, ò vẽdiere, aya perdido, y pierda todos, y qualesquier libros, moldes y aparejos que del dicho libro tuuiere: y mas incurra en pena de cincuẽta mil marauedis, la qual dicha pena, sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra parte para el juez q̃ lo sentenciare, y la otra tercia parte, para la persona q̃ lo denunciare. Y mãdamos a los del nuestro Cõsejo Presidẽtes y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores y Ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos, y señorios: ansi a los q̃ agora son, como a los q̃ seran de aqui adelãte, q̃ vos guarden y cũplan esta nuestra cedula, y cõtra su tenor y forma no vays ni passeys en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Dada en Segouia a 28. de Iulio de 1609. años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Iorge de Touar.

Approbatio.



Idi, ac perlegi qua summa potui diligētia, ac cura peregregium opusculum, De Iustitia Distributiua, & Acceptione Personarum, *per aliquos aureos partitum discursus, à Patre Magistro Fratre Ioanne Capata de Sandoual Ordinis Diui Patris Augustini elaboratum, quod supremi Senatus decreto meo examini traditum est, in quo inueni cum maxima resolutione quæstiones difficillimas vndiquè absolutas secundùm sanctiores, & probabiliores Patrum Doctorumque sententias, in nulloque dissentiens, à pia religione, & vera doctrina (opus si breue, in æternum laudabile) Iudicoque dignum esse, vt in lucem proferatur, & vt à manibus omnium Superiorum ad quos expectat munerum distributio, tanquam regula numquàm excidat. Datis apud Conuentum Minimorum Matritensem, sub hac luce. 14. Iulij, Anno Domini. 1609.*

Fr. Franciscus Tamayo,
Consilij Inquisitionis Qualificator.

APPROBATIO REuerendi admodum P. F. Ildephonsi de Vargas, sacræ Theologiæ Lectoris.



RACTATVM hunc de Iustitia Distributiua, & Acceptione Personarũ ei opposita, editum, à Sapientissimo M. P. Fr. Ioãne Capata y Sãdoual, in Collegio Vallisoletano D. Gabrielis, Theologiæ professore, iussu, Reuerendi admodum P. Fr. Balthasaris de Aljofrin, huius Prouinciæ Castellæ, Ordinis D. Augustini, Rectoris Prouincialis, Vidi, & summa cum voluptate perlegi, neq; in eo, quidquã offendi, ab orthodoxa fide, aut morum regula dissentaneum; Sicque non solùm approbatione; Verum summa commendatione dignissimum duxi: Complectitur enim


a quæ-

quæstiones apprimè necessarias subtiliter exagitatas, & peracute resolutas, idquè fœlici styli facilitate: Cumq; in vniuersum omnibus communium bonorum dispensatoribus, vtillissimum iudicem opus; præcipuè tamen, Supremi Senatus Noui Orbis Consulibus, adprobè, & exactè bona illius Regni dispensanda, magno fore vsui, & emolumento, haud dubito. Nam eo tēdit omnis authoris industria, in hoc opere elaborando, vt præfatis Iudicibus ostendat, munera, & officia, tùm Ecclesiastica, tùm sæcularia illarum partium, non extraneis, & alienigenis; sed proprijs incolis ibi progenitis, & educatis esse conferenda: & hoc adeò enixè contendit tā validis rationibus suadet, tamque viriliter pro gente, & Patria dimicat, vt idē Nouus Orbis, se talem procreasse filium, & tantum inuenisse Patronū, proprij honoris vindicem, & assertorem, meritò gloriari quæat, sicut & hic antiquus Hispa-

ſpaniarum Orbis, talem habuiſſe Doctorem, & Magiſtrum perpetuò gloriabitur. Vndè, optimo Iure, Typis mandari poſſe, imò, & debere, pro totius illius Regni vtilitate, decerno. Datę Vallisoleti in Collegio D. Gabrielis. 22. Maij 1609.

Fr. Ildephonſus de Vargas.

FACVLTAS ORDINIS.



OS Frater Ioannes Baptista de Aste Genuen. Ordinis Eremitarum Sancti Patris nostri Augustini Prior Generalis, & Commissarius Apostolicus, licet indignus. Venerabili, & nobis in Christo dilecto P.M. Fr. Ioanni Zapata y Sandoual in Collegio nostro Vallisoletano, Sãctæ Theologiæ Lectori & Regenti eiusdem Ordinis, & voti, salutem in Domino sempiternam.

Inter præclara Religiosorum nostrorum studia, ea nobis, vel in primis probari solent (& reuera Principem locum habent, cum quis non solùm nostri huius instituti sodalitium doctrinæ, & virtutum splendore honestare, illustrareque contendit: sed vniuersæ quoque Christianæ Reipublicæ suis lucubrationibus prodesse conatur. Id, quod te perbellè, ac peregregie Dei Optimi Maximi, beneficio summo studio, summaque contentione, non solúm docendo, sed etiam scribẽdo præstare studuisse nouimus, cuius rei causa, non vulgare, tùm doctrinæ, tûm officiosi animi specimen dedisti in eo tractatu, quem de Iustitia Distributiua, deque Personarum Acceptione ei opposita scripsisti. Quem piorũ doctissimorumque Patrum (quibus is datus fuerat examinandus) testimonio, non solum omni suspicione


cione carere, sed Catholicam veritatem, eruditionem, ac pietatem mirificê redolere intelligentes, dignum sanè duximus, qui ad communē Ecclesiæ utilitatem in lucem prodeat. Quare harum serie, & vi literarum, Magistratusq; nostri authoritate nō concedimus modo, sed & mandamus tibi in meritum salutaris obedientiæ: ut seruatis seruandis prædictum de Iustitia Distributiua tractatum Typis quàm primúm mandandum cures, ut longè, latéque per Orbem distributum multis prodesse posit. Benê in Domino vale. Datæ Vallisoleti, in AEdibus nostris D.P.N. Augustini. vij. Kalendas Maias. Anno ab humanæ salutis exordio. cIↄ. Iↄ. cix.

Magistratus nostri munitæ signo.

Fr. Ioannes Baptista, Generalis, & Commissarius Apostolicus.

Fr. Steph. Vgurg. Sēn. Secret.

EXCELLENTISSIMO



Domino D. Petro Fernandez de Castro, Comiti de Lemos, & Andrade: Marchioni de Sarria, Sacri Regij cubiculi Equiti, & aureato Clauigero, à Potentissimi Regis Hispaniarum Consilijs selectissimo; & Noui Indiarum Orbis Supremi Senatus Præsidi: omniumque illius Regni rerum Dispensatori, & Moderatori.

Vtramq; Fœlicitatem.



VDIAM semper, & venerabor eos (Excellentissime Princeps) qui Patriæ charitati, res

omnes humanas posthabendas putaue re. Et Plato Indê Diuini nomen potissimùm assumpsit; Quòd Patriam dixerit progenitoribus esse præponendã. Hinc immortalis memoria Spartanorũ, quorum vnus apud Simonidem omniũ nomine lætabatur, quod apud Thermopylas, pro Patria innumeras paterentur erumnas.

Dic, hospes, spartanos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis Patriæ legibus obsequimur.

Ij pro Patriæ salute sanguinem suũ atque adeo vitam ipsam sponte & liberalissimè profudere.

Ceramicus locus Athenis vbi, qui in bello pro Patria cecidissent publico sumptu sepeliebãtur.

Nulla ætas Leonidem, Epaminondam nulla tacet. Sunt in ore omniũ Codrus, Menæceus, Erictheus. Romanæ verò memoriæ nunquàm de suis Curijs, Brutis, Decijsque conticescunt. Et Ceramici columnæ, etsi bellorum iniuria, & tẽporum euersę, retitinent tamen immortalitalitate illa digna nomina in eruditissimorum hominum codicibus, iterum erectæ. Hos ego dum laudo, ab illis non dissentio: etsi potuissem, non infirmiori ani-

animo Patriæ meæ calamitates maxi-
mas meo ſanguine deleuiſſem, quē qui
expeteret defuit, non qui daret. Verùm
quoniam illius cauſas ſub Clementiſsi-
mo, æquiſsimoque Principe, & inuiola-
bili Iuſtitiæ Sacerdotum Senatu diſcu-
ti, animaduerti, miſelli, labentiſque Reg
ni partes (digniſsimũ Filij munus) actu-
rus; Quò nam, niſi ad tutiſsimũ, & pul-
cherrimum Iuſtitiæ templum confuge
rem? Benignè Dea ſub eius præſidio de-
liteſcere volentem excepit, amplexa eſt;
Dumque infœlicem Patriæ fortunam
coràm formoſa Virgine deploro, pone,
(ait) ò fili, lacrimis modum, non illæ ſa-
nè indecoræ, in Nato pro Parente, imò
noſtrum flexere animum, vt afflictis po
pulis ſubuenirem: paruumque educens
è ſinu libellum, age, inquit, hunc meo
Indiarum offer Præſidi, præſidio meo,
decori meo, miſſum à Diua illa teſtare,
quam pręoculis ſemper in animo gerit;
cuius, quia viam lacteã frequenti pede

 liba-

libauit,ditiſsimum vidit,atque ſanctiſsimum virtutis phanum,& honoris. Non ergo audaciæ dandum (Princeps Illuſtriſsime) ſi tibi hoc qualecumquè libri munuſculum ex perenni Iuſtitiæ fonte deriuatum,& è manu Deæ Virginis ad te directũ intrepidè obtulerim; de quadam Iuſtitiæ parte tuo muneri pro illi⁹ Noui Indiarum Orbis Regni proba diſpoſitione,& omnium rerum Eccleſiaſticarum ſcilicet, & ſæcularium exacta diſpenſatione,neceſſarium, breue quidem accuratum tamen,dum maiora tibi de Iuſtitia, & Iure in Diuum Thomam commentaria dici iam elaborata, offerenda paro. Et quam ſemel manu ſcriptam tuæ Excellentiſsimæ Camerę, & ſecreto cubiculo,tuiſque ſolum oculis proſpiciendam diſceptationem obtuleram;tuo iam iuſſu, aliorum monitu, omniumque tuorum Conſulum approbatione in lucem editæ,& maiori indigenti Præſidio,non deſinas auxiliari, &

eodem

eodem animi affectu, quo illam tuo numini dicatam adhuc in teneris, & incultis pellibus vagientem fouisti; eandem cultiori stylo, emendatiori discursu, altiori, & lucupletiori disputatione, maioribusque, & subtilioribus difficultatibus cumulatam prodientem foueas, & tua protegas suprema custodia; sic te Diua illa benè fortunet, quæ Leonis, & libræ media sanctissimum suorum sacrorum antistitem elegit. Sub tuo enim quæ prodierat nomine, & eodem etiam numine prodit, & cuius semel illi protectio profuit, eiusdem iterum prosit authoritas. Eam enim non tam offero, vt liberum studiorum meorum munus deferam, quàm vt meritum necessitate quadam voluntatis, vel potius cupiditatis debitum adferam. Paruam à tua amplitudine, & meritis; non minimam à meo labore, diuturnis lucubrationibus, & in vtroque Orbe consultationibus, vigilijs, & experientijs singularibus.

Magnam

Magnã ſanè ab ipſius argumẽti difficultate, obſcuritate, varietate, maieſtate, & pro illius Regionis, cuius tibi à Deo, à Rege, à communi omnium illorum Regnorum voce, & approbatione, eſt commiſſa protectio, vtilitate, & prouentu; Magnopere, vt ſpero tibi à mea voluntate probandam, à te, à tuo numine, & lumine, cæteris, quibus videatur mei laboris ſterilitas, neceſſe eſt, gemmas agere ſub hoc Sydere. Quod vt beneficium de cœlo pro illo Nouo Orbe datum, cœlo ipſi deberi, Vniuerſus agnouit; & ille nouus gratulatur, Quòd in ampliſsima Regij ſupremique Senatus præfectura, præ cęteris ſedens, ſub Regali ſolio emulatione quadam ſolis Iuſtitiæ, cum ſumma integritatis, & ſapientiæ laude adminiſtres; radijſque pietatis, & liberalitatis fulgentiſsimis illi nouo mundo iam diù de ſua deſperanti ſalute, & obliuionis denſiſsimis tenebris circunfu-

cunfuso, manum porrigas, salutem præstes, vitam elargiaris fœlicem, & illorum paruulorum tutellæ ita inuigiles, ac si hoc vnum solùm haberes, quod curares: O Diuinam curam; ò dignam tanto Principe solicitudinem, te Dictatore omnia in melius mutata Diuinitus intueor: & cum fausta omnia, Volubilis fortunæ rota clauo figenda trabali. Sed alia aliàs. Nunc huic labori velim, pro tua humanitate, & ingenij acumine, præalijs tuo nomini dicatis, des locum. Quia te solum alloquitur, & in tui solùm gratiam est elaboratus, insurgitquè securus. Subijcio ergo operam meam Danaem meam, aureo nimbo gratiæ, & benefauentiæ tuæ, cuius rorem si exceperit, anno se floribus, & segetibus induente, tibi adoreæ luci, magnitudini, mundo tuo Mexicano, gratulationi, lætitiæ futuram spero. Faxit Deus, vt quod animo

puro

puro ex ſacro Diuæ Iuſtitiæ pectore libaui, & tibi ex eius officioſo affectu deguſtandum paro, vt illarum Regionũ conditionem agnoſcas, & neceſsitati prouideas; in tui voluptatem, & in illarum cedat vtilitatem. Valeas.

M. Fr. Ioannes Capata y Sandoual.

AD EXCELLENtissimum Dominum Comitem de Lemos Inclitum, Indiarumq; humanissimum, & æquissimum Præsidem.

EPIGRAMMA.



VREA Cælicolas Astræa petiuit, an Indos?
Credibile est Indos, & petijsse Polum.
Dùm iusto Imperio regis Indica Regna, videris
E cælo, Princeps summe, vocasse Deam.
Fert tibi diuinum Pater Indicus ecce libellum,
Iustitiam ex Indis nonne tulisse putem?
Cælicola est, atque Indus idem, nã Mexica tellus
Præside te, stellans incipit esse Polus.

CARMEN ASCLEPIADEVM CATALECTICUM, in commendationem Authoris, & operis.

P. Ioannes de Oñate Narria è Societate Iesu Theologus.



HO delicium dulce Mineruæ,
oho fatidicæ iure Themistæ.
præ cunctis opibus, Chare libelle,
quis te, quē meritus tollat honore?
Mille arcana breui corpore condis
in te multa, liber, gemma renidet,
è te perspicui fulgura vibrat
diuina eloquij, puraque virtus.
Mansuri nec abst fax Adamantis,
dum forti omnia fundamine suades,
Sapphyri hic rutilant, sardonicisque
viuis igniculis, candicat ardor.
Nunquid flamma deest grata Piropi?
Nunquid Cæsarei gloria Iuris?
nunquid Pontificum iussa poterium?
nunquid singula deest quæ vnio nectat?

b Ast

Aſt hic ingenij languet acumen?
ſat rerum grauitas, noſcito prolem
Auguſtine, tuam, ſcribit acutum,
vt Pallas, Patris hæc orta cerebro.
Quin Arctoum etiam cerno Smaragdum,
qui diſtinguit opus, qui capere intùs
ſpes ſuadet virides, aſſore gratum
impenſè inferius Principe munus.
Priceps, ò Themidis grata voluptas,
Fax ó Iuſtitiæ, cuius auitis
fulgens nobilitas parta triumphis
non diuina premit munera mentis.
Lampas Heſpericæ Nobilitatis
Regum progenies, termes auorum,
quæis ſe affine cupit dicere cælum,
Bellonæ, & ſoboles Palladis idem.
Te ſic aſtra beent prole decorem
quæ pingat Patrium, & coniugis ora,
cui iucunda hilaris baſsia libans
Addas, ſpes generis, Marchio noſtri.
Sic quos ſyderea pace gubernans
Indi colla iugo Marte ſuperba
dent omnes fidei: ſic modereris
Campanos populos Sydere Patris.
Candenti eſto tibi corde ſacrato
Mæcenas operi, paruula lambet

ſlexu

flexu vimineo vitis honorem,
Princeps summe, tuum, quo petet Astra.
Laturam grauidos spero racemos,
Dein seruanda cadis vina, iacentes,
firmabunt (celebris Mexice) natos,
quos fecunda tenes Mater in Vlnis.
Sed dum temnis opes, quas tibi, Princeps,
tellus ampla sinu, prodiga fundit,
Thesauros in opus, transtulit omnes,
mens quod filioli protulit ingens.
Aurum, Sardonices, atque Adamantes
Sapphyrumq;, Smaragdumq;, Piropumq;,
Argentum, atq; placens Regibus ostrum,
docti culta viri pagina claudit.
Legisti, ast iterum, lecta reuolue,
dices vera canunt sæpe Poetæ,
Author diuitibus natus in Indis,
hinc splendor, species inde libello est.

Lectori optimo.



RO amica Patria, pro Parentum honore, & digna tantorum laborum remuneratione: pro eorum filijs, viris quidem, & Doctissimis & Religiosissimis: pro æquissimis illorum Regnorum Iudicibus, Consulibus, & Præfectis: pro illustribus, & primis illius Noui Orbis Ducibus, Heroibus, & Conquisitoribus: pro misera illorum paruulorum natura, vice, & conditione, Indorum scilicet; me differentē attentè conspice, benignè suscipe, sincero animo perlege, lector optime, & humanissime. Et specialissimam huius singularis argumenti disceptationem, illustrissimo Principi mei instituti subiecto, & Protectori dicatam, ob tanti Patroni excellentiam venerare; aliquid existimans sub hac inculta cortice diuinitatis latere, cum tam suprimi Princi-

pis sacro inspicias collocari fastigio; & tam sublimis Doctissimorum virorum Senatus perspicacissimis oculis obijci intuearis securam. Etsi eam, quae ab scholis nomen accepit disputandi rigorosam rationem, in nostris non obseruari discursibus attenderis, attendas supplex oro, de hoc propensiorem curam me adhibuisse, qua potui, vt nec disputationum deesset integritas, nec facilis discursus ipsam veritatem inquirentis, desideraretur fæcunditas. Cum summo enim Principe res agitur, cui nec pulcher controuersæ disputationis ordo displicet, nec seria pendentis styli maiestas est aliena. Et timebam sanè disputandi forma scholasticis solùm, in Academicis consertationibus iucunda, subtilis ingenij acumini molestum arguentem, & respondentem apparere. Ita medium, inter exactam disputandi normam, & simplicem disserendi discursam elegi, & in illo id

cona-

conatus ſum , vt neque fidem exigerem ; ſed rationum momentis facerem ; Nequè vel in authorum incognita multitudine congerenda, tædium vel in alijs confutandis , confuſionem tanto Principi parerem . Alijs quibuſque defectibus , ſi eos agnoueris (qui nec pauci, nec parui futuri) parcas, ſi Mexicanus, quia Mexicanum audis , & pro te dimicantem , à tuis ſedibus altiſsimoquè , & ſecuro tuæ propriæ , & amicæ Patriæ refugio conſpicis . Et dimittas ſi Hiſpanus , quia Hiſpanum legis ; quem legentem , & publico multorum teſtimonio , & magno diſcipulorum prouentu , edocentem , multis ab hinc annis tua hæc Hiſpania benignè ſuſcepit , multiſquê , & eximijs muneribus , & beneficijs gratum animum , & tuis deuinctum officijs cumulaſti . Et quem ab vltimisNouæ, & exteræ Regionis Partibus venientem amplexatus

tus es, in tuo iam gremio, & protectio-
ne degentem, & pro ſua propria, & ami
ca patria ſolicitè differentem fouere, tu
tari, defendere, & amico animo iudica-
re non graueris. Hiſpane pijſsime. Va-
leas.

M. Fr. Ioannes Capata
y Sandoual.



DE IVSTITIA DISTRIBVTIVA, ET ACCEPTIONE personarum ei opposita.



GRAVISSIMI tractant Doctores Iurisperiti, cap. Cum in cūctis, de Electione, & cap. Licet, 8. quæst. 1. Theologi in. 4. Sentē. dist. 15. Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 58. &. 61. &. 63. & quæst. 185. arti. 3. & quodlib. 6. art. 9. & quodlib. 8. art. 6. Caiet. ibi, & in Summa, verbo, Accep-

tio personarum, & Iantaculo 12. quæstio.4. Adria. in 4. Sentē. de Restitutio. M. Aragō, 2. 2. S. Tho. M. Salon ibi cōtrouer. 3. P. Valentia ibi dispu 5. q. 2. & 7. tomo 3. P. Molina de *Iusti.* & iure, M. Soto, 3. de *Iustitia* & iure, Alexander Alensis 2. parte, quæst. 159. D. Antoninus 2. par. tract. 1. cap. 20. Abulen. in Matthęum, cap. 22. quæstio. 108. Petrus de Nauarra, libro 2. part. 2. & lib. 3. cap. 5. Syluester quæst. 1. & 2. & verbo, Restitutio, 3. quæst. 22. Medina instructor, part. 3. §. 23. Pedraça præcepto 7. interrogatione 3. Ledesma 2. 4. quæst. 18. arti. 2. dubio 2. M. Petrus de Ledesma 2. part. suæ Summæ, tractatu 8. Victoria, Orellana, Emanuel Rodriguez parte 1. suæ Summæ, cap. 6. Nauarro cap. 17. nume. 72. Za. verbo, Beneficium, Cardinalis Toletus, lib. 5. suæ Summæ, cap. 78. Couar. regu. Peccatum, part. 2. §. 7. & nouissimè Leonard. Lessius in suo de iustitia &

iure

iure, lib. 2.cap.34. & Rebello Lusitanus, de obligationibus iustitiæ, 1. p. lib. 3.q. 4. & *I*oan. Azor tomo 2.*I*nsti. moral.lib.6. & alibi sæpè.



TOTIVS OPERIS preambula diuisio.



VT breui methodo, suauiq; dispositione procedã, ne tibi (Clarissime Princeps) dum clara offerre cõtendo, obscura potius videãtur oblata. Et dũ ex Doctorũ varijs sententiarũ asser tis, veluti ex confusa fontium turbine, tibi potũ degustandũ paro, ad ipsos vl terius occurrendum fore cẽseatur: sic meã de *I*ustitia distributiua, & Accep tione personarũ ei opposita, insequar disceptationẽ. Vt prima pars sit de Iu-

ſtitia, ſecundum ſe, de eius obiecto, partibus, & ſpeciebus: deque Acceptatione perſonarum, & eius eſſentia & grauitate. *Secunda*, in quibus locum habeat perſonarum acceptio, & iniuſta bonorum diſtributio. Vbi de Ælectione ad Eccleſiaſtica beneficia, & ad ſæcularia officia. Et de diſtributione onerum, & tributorum Reipublicæ erit ſermo. Et ſic eã in quatuor diſſecabimus diuiſiones. Vt prima ſit, de Electione indigni: Secũda, de Ælectione digni ad Eccleſiaſtica beneficia: Tertia, de electione ad ſæcularia officia: Quarta, de Diſtributione onerum, & tributorum. *Tertia* principalis pars. Ad quid teneãtur, qui ſic iniuſtè diſtribuũt: & ſic perſonas acceptant. Et ij, qui horum omnium conſequutionem impediunt. In quibus omnibus diſcutiendis, illud præcipuè intendam ſpecialiter inſinuare, quod in illis Noui Orbis Indiarum

parti-

partibus, secũdum illius Regni leges, & consuetudines debet obseruari, in distributione bonorum communiũ, à Supremo *P*ræside, Iudice, & Dispẽsatore, qui illis rebus à sui conspectu semotis præest, & vtinam in æternũ præsit. Hæc erit certa huius operis à me suscepti diuisio, quam breuibus, vt fieri potest, & rerũ ipsarum grauitas, & difficultas concesserit, discursibus insequar, si Diuini Spiritus flauerit halitus, & tua secunda faueat humanitas, Humanissime *P*rinceps.

(?)




PRIMA PARS.

DE IVSTITIA SECVNDVM SE, DE eius obiecto, partibus, & ſpeciebus: Dequè acceptione perſonarum, & eius eſſentia.

CAPVT I.

Quid ſit Iuſtitia ſecundum ſe?

1 VSTITIAM eſſe virtutem, quæ reſpicit ius tanquam obiectum, totamquè verſari in conſtituenda æqualitate, inter vnius perſonæ ius, & alterius debitum: communis
2 ſentētia eſt. Quare duos habet actus, quibus hanc æqualitatem conſtituit. Primus eſt, ius ſuum vnicuique tri-

Vlpianus. buendi, ex Vlpiano l. 10. ff. de iustitia & iure, & *I*nstituta, eodem titulo, in principio, & S. Thoma, 2. 2. quæst. 58. artic. 1. *D. Thomas.* Seu quod idem est, Ius suum vnicuique illæsum seruandi. Secundus est, reparandi id, quod læsum est, & ad pristinum statum reducendi; vt dixit Vlpianus, illa l. prædicta. Et sic Iustitia per actus proprissimè à Doctoribus definitur, *Quod est constãs, & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens.* 3 *Iustitiæ diffinitio.* Quam definitionem approbãt Diuus Thomas, & alij communiter. *E*xceptis Buridano, libro 5. *E*thicorum, cap. 2. & P. Vazquez, 1. p. quæst. 21. dispu. 85. & 1. 2. quæst. 114. disp. 223. cap. 1. qui sine firma ratione negant, eam esse sufficientem. *Buridanus. M. Vazq.* *I*n ea tamen, quam Doctorum diximus esse communem, vt tenent Magister Aragon, Salon, Suarez, opusculo de Iustitia, Leonardus Lessius, de *I*ustitia & iure, lib. 2. cap. 1. dub. 1. num. 2. Rebello, de obligationib. Iustitiæ, *M. Suarez. M. Aragon. Salon. M. Lessius. M. Rebello.*

titiæ, 1. parte, libro 1. quæſtione. 3. lect. 1. Valentia 2. 2. tomo 3. & alij: in ea inquam definitione, vt ibidem docet Sanctus Thomas, Actus ponitur *Valentia.*
4 pro habitu, quia *Voluntas*, & *Tribuens* actum dicunt; & rationē reddit. Quia habitus diſtinguuntur per actus, ideò actus pro habitu cōſtituitur. *E*t ſic voluntas ibi, non ſumitur pro potētia animæ, ſed pro actu voluntatis, non formaliter pro vno, vel altero actu, ſed cauſaliter, pro perfectione voluntatis, ex qua talis actus enaſcitur. Vnde iſta
5 prædicatio, *I*uſtitia eſt voluntas, non eſt identica, ſed cauſalis, vt rectè adnotauit *M*agiſter Soto libro 3. de *I*uſtitia, quæſtione, 2. articu. 1. vt ſenſus ſit. *I*uſtitia eſt habitus, qui efficit actum voluntarium. Quomodo etiam Auguſtinus Parens, tract. ſeptuageſimo nono, in *I*oannem, Fidei virtutem definiuit per actum, quem efficit ipſa, inquiēs: *Fides eſt credere, quod* *M. Soto.* *D.P. Aug.*

non vides. Vt notauerat D. Thomas lo
D. Thomas. co citato, art. 1. ad 1. Cum autem dicitur, *Constans*, habitus ex parte subiecti ostenditur, quo firmiter & immobiliter operatur, vt operatur virtus, authore Aristotele, 2. Ethicorum, cap. 4. Cũ
Aristoteles dicitur, *Perpetua*, intelligitur ex parte obiecti, ita vt velit integrè omnibus, & quocunquè tempore, reddere propriũ ius. Nam si solum esset parata voluntas, ad reddendum vni, & non alteri: aut vno tempore, & non alio, Iustitiæ habitum nõ haberet. Dicitur, *Ius suũ*, ad explicãdum obiectum, & materiã Iustitiæ. Versatur enim circa hoc, 6
quo d est, vnicuiquè ius suũ tribuere, hoc est vnicuique debitũ. Et quia hoc semper est ad alterum, ideo Iustitia, etiam est ad alterũ, vt docet Sanctus 7
D. Thomas. Thomas 2.2. quęst. 58. art. 2. In quo ab alijs virtutibus, Iustitiam distingui asseuerat. Aliæ enim in ordine ad ipsum operantem, medium constituunt: hęc

verò

verò in ordine ad alterum. Illæ pro diuersitate personarum, necessariò medij diuersitatem diiudicant: hæc ita ex natura rei in ordine ad alterũ, mediũ, & æqualitatem constituit, vt respectu diuersarum personarum, nullo modo varietur. Quia cum medium istud consistat in quadam morali inter maius, & minus, æqualitate, siue rei ad rẽ; fit vt non ab ipsa persona, sed potius à natura rei, sit illud medium determinatum. Et quia munus iustitię est, hãc æqualitatem, & rectitudinem constituere in hoc, quod est vnicuique ius suum tribuere, versatur semper in actionibus, & rebus exterioribus, quæ in vsum veniunt humanum: & quibus homines inter se adinuicem ordinantur. Et ideò (vt diximus) medium eius est medium rei. Quia consistit in hoc quod est reddere vnicuique æquale ei, quod illi debetur, & ad hoc sumitur medium rationis. Quia rectitudo

In quo Iustitia ab alijs virtutibus distinguatur.

8

9

ra-

rationis iuſtæ eſt, quod tribuatur vnicuiquè æquale debito. Et hanc definitionem, naturam iuſtitiæ propriæ oſtēdentem, non ſolum Philoſophi, ſed & ſacri tenuere, & expoſuere Doctores,

D. Ambro. D. Ambroſius, 1. Officiorum, cap. 24. *Iuſtitia* (inquit) *eſt, quæ ſuum vnicuiq; tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt communem æquitatem cuſtodiat.*

D.P. Aug. D.P. Auguſtinus lib. 83. qq. q. 31. *Iuſtitia* (inquit) *eſt habitus animæ communi vtilitate conſeruata, ſuam cuiq; tribuens dignitatem.* Cui

Cicero. ſimilis eſt Ciceronis definitio in Officijs: *Eſt habitus animæ cōmuni vtilitati proſpiciens.*

Illud verò, ſi obijcias non leue (gra- 10

Buridanus. uiſsime Princeps) quod obijcit *Buridanus* contra dictam definitionem Iuriſconſulti Vlpiani, ex eiuſdem verbis in illa l. 10. Nam poſtquā iuſtitiam definiuit, ſubiungit: *Iuris præcepta eſſe, honeſtè viuere, alterum non lædere, & ſuū*


vni-

vnicuique tribuere. Cum ergo huiusmodi actus ad Iustitiam spectent: Per vnum, qui est ius suum vnicuique tribuere, non definitur exactè.

11 Hoc autē ex ijs, quæ diximus in princip. dissoluimus, per illū duplicē actū in Iustitia inclusū, & tribuendi vnicuique, quod suum est, & reparandi id, quod læsum est. Ac præterea respondeò, Præceptum iustitiæ, quod est honestè viuere, declarare solū in cōmuni id, quod pertinet ad Iustitiā; & honestas illa, nō nisi de honestate Politica intelligitur in ordine ad alios ciues. Et in actu particulari, qui est, ius suum vnicuiq; tribuere (qui est actus principalis, per quē virtus debet definiri) indirectè intelligitur actus negatiuus, & minus principalis, neminem lædendi, quantū ad voluntatē nō inferendi dā-
12 num. Sicut cū præceptum ponitur honorandi Parentes, ibi indirectè includitur, illis iniuriam non irrogare. *Solutio.*

Nisi

Alia solutio M. Soto. Nisi velis cum Magistro Soto respondere, libro. 3. de Iustitia, quæst. 2. arti. 1. quòd in eo, quod dicitur iustitia, voluntas tribuendi vnicuiq; suum ius, directè etiam includatur, vt sit voluntas non lędendi aliquem: quia nō solum ius habemus, vt nobis reddatur quod fuerit ablatum, sed etiam, vt nō auferatur. Quare vnicuiq; ius proprium non seruat, qui aliquem lædit. Quibus veram, & propriam rationem Iustitiæ, ex eius definitione deprehendas. 13



CAP.

CAPVT II.

An ius sit obiectum Iustitiæ, & quod illud sit?

1 VS esse iustitiæ obiectũ, ipsumquè ex sua ratione conspicere, ex communi sententia præsupposuimus. Quæ autem iustitia? quodvè ius? quod poßit esse eius obiectum, speciali modo, nec diximus, nec dictu facilè iudicamus. Et tamen necessarium est, vt explicemus, vt iuris natura, per quam iustitiam definiuimus, comprehensa, facilis ad alia pateat accessus.

2 Sicut iustitia pluribus modis dicitur, ita etiam & ius in multiplici significatione vsurpatur, vt author est Aristoteles 5. Ethico. cap. 1. & D. Thomas 2.2. quæst. 58. articu. 5. & 6. & omnes alij antiqui, & recentiores Theologi, & Iuris- *Aristoteles D. Thomas.*

Paulus. Martianus. Brisonius.

& *I*uriscōsulti. Paul. pręcipuè, l. Ius, ff. Martia. l. vlt. ff. de Iusti. & *I*ure, Briso. de Verbo. signifi. lib. 9. verbo, *I*us, & alij. De quo tamen iure, & de qua iustitia, nobis in præsentiarum sermo instituatur, si constiterit; liquidò etiam apparebit, *I*us esse obiectum *I*ustitiæ.

Iustitia sumitur pro generali virtute.

3 Accipitur autem primò Iustitia, pro generali virtute, quæ in omnibus virtutibus reperitur. Nam omnis virtus aliquo modo respicit æquitatem, cum in quadam æqualitate, & conformatione, cum regula rationis consistat. Qua ratione Scriptura Sacra, *I*ustitiam, vitæ rectitudinem appellat, Matthæi. 3. *Oportet nos implere omnem Iustitiam*, & cap. 5. *Beati qui esuriunt, & sitiunt Iustitiam*, Vt exponit Gregorius Nisenus, lib. de Beatitudinibus, oratione. 4. Vbi, *Omnis* (inquit) *virtus nomine Iustitiæ significatur*. *I*dem constat ex D. Anselmo, dialogo de Virtute, cap. 13. Vbi *Iustitia* (inquit) *dicitur rectitudo,*

Matthæi 3

Greg. Nise.

D. Anselm.

do,& Matth.7. *Nisi abundauerit Iustitia vestra, idest, virtus. Et iterum attẽdite ne Iustitiam vestram*, hoc est, iusta opera, & bona, *faciatis coram hominibus. E*t de hac Arist. supra dixit, non esse partem virtutis, *sed totam virtutem: E*t infra: P*ræclarissima virtutum est. Neq; est Hesperus ita, neq; lucifer admirabilis. E*t prouerbio circumquaq; fertur: *Iustitia in se virtutes continet omnes.* De qua Plato, Cicero, & alij, & pręcipuè. M. Aragon. 2. 2. q. *57*. art. *1*. Molina tomo. 1. de *I*ustitia, disput. 1. Valen. tomo. 3. disp. 5. q. 1. punct. 1. Rebello de obligationibus Iustitiæ, 1. par. lib. *1*. de prælud. Iustitiæ, q. 1. Erit igitur *I*us huic Iustitiæ comparatũ, quodcumq; opus licitum, & sanctum, æquum & consentaneum rei, quod sit veluti obiectum virtutis generaliter acceptæ. *E*t dicitur à *C*elso apud Vlpianũ, l. 1. ff. de Iustitia, & iure: *B*onum, & ęquum: & à Paulo, l. *I*us. 10. ff. de *I*ustitia, & iure, quod sem-

Aristoteles

4

M. Aragon. Molina. Valentia Rebello.

Ius quod huic Iustitiæ respondet.

Celsus. Paulus.

B per

per æquum, & bonum est. *In* qua nerali rali ratione, non vtimur iure in præsenti.

Iustitia hæc dicitur legalis.

Secũdo modo sumitur *I*ustitia pro generali quadã virtute, quæ bona opera dirigit in communem vtilitatẽ Reipublicæ. *E*t appellatur propriè *I*ustitia legalis. *I*us autẽ, quod huic Iustitiæ respondet, appellatur quodcunq; etiã studiosum opus, quatenus ad commune bonum habet respectum: de quo Rebello loco cita. n. *16*. qua etiã ratione nõ vtimur *I*ustitia, nec iure in præsen. 5

Ius quod illi respondet

Rebello.

Iustitia specialiter dicta.

At tertio modo sumitur Iustitia, specíatim, vt particularis quædam virtus cardinalis est, & ad alterum; vnicuiquè tribuens, quod suum est; æqualitatem constituens, inter quorundam debita, & aliorum iura, vt integra, & illæsa seruentur. Qua ratione, de ea capite præcedẽti disseruimus. *E*t eã definiuit Vlpia. l. 10. ff. de *I*ust. & iure, *Esse cõstantẽ voluntatem, ius suum vnicuique tribuẽdi.* 6

Vlpianus.

Cuius

Cuius expositionē attulimus: & de ea Iustinia. §.1. Insti. eod. tit. & in proœm. Partitarū: & sæpè fit mētio in Scriptura sacra, præcipuè Sapiē. 8. Vbi reliquis virtutibus cardinalibus, tanquā peculiaris, & ab eis distincta annumeratur, ijs verbis: *Sobrietatē, & sapiētiā docet, & Iustitiā, & virtutē. Sobrietatē*, idest, Temperantiā. *Sapiētiam*; idest, Prudentiā. *Virtutem*; idest, Fortitudinē. De hac item Iustitia sic accepta, multa disserūt Aristo. 5. Ethi. & D. Tho. Et ius quod

Iustinianus.

Sapien. 8

Ius specialiter dictum.

7 illius est obiectum, appellatur quasi iustum commensuratum, & æquale. Et hac ratione vtimur nomine iuris, quādo dicimus, obiectum esse Iustitiæ; de qua sermonem instituimus.

8 At sicut in alijs obiectis solet euenire, ita etiā hic cōtingere deprehēdimus, vt nō solū virtutes, sed plura etiā alia nomine huius obiecti nominētur. Dicitur enim Ius, lex, in qua ius præscribitur: quia illa iustū iubetur, c. ius. 2. d. 1. ex Isidoro

Variæ Iuris acceptiones.

Isidorus.

5. Ethimologiarum, cap. 3. vbi ait: *Legē esse quandam speciem*, idest, normam, siuè ideam, *Iuris.* Quam acceptionem valde approbat D. Thomas. 2. 2. q. 57. art. 1. ad. 2. Et Buridanus. 5. Ethic. cap. 2. vt solam admisit. Dicitur etiam, legum peritia, quæ appellatur ars æqui, & boni, qua cognoscitur; quid sit iustum; vt ait D. Thomas loco citato, ad. 1. In qua significatione sumpsit Celsus Iurisconsultus, *I*us, dum teste Vlpiano, l. 1. ff. de *I*ustitia, & iure, illud definiuit, *Artē boni, & æqui*, & l. Iustitia, 10. eod. tit. *Iurisprudētiam dixit, esse iusti, ac iniusti sciētiam.* Etiamsi M. Soto. 3. de *I*ustitia. q. 1 art. 1. oppositum asseueret. In eadē significatione sumpsit Isidorus, 5. *E*thim. ca. 3. & refertur cap. Ius generale. dist. 1.

D. Thomas. Buridanus. D. Thomas. Celsus. Vlpianus. M. Soto. Isidorus.

Ex ijs autem, & alijs acceptionibus iuris, quas Ioannes Andreas in principio tituli de re iudicata, lib. 6. & Rebello de obligationibus Iustitiæ, loco citato, & alij accummularūt, vnica 9

Ioā. Andr. Rebello.

signi-

significatio manet. Qua strictè sumitur ius pro iusto, & commensurato, quod est obiectum *I*ustitiæ particularis, in qua intercedit personarũ diuersitas, obligatio debiti, & perfecta æqualitas vnius cũ altero, hoc est, inter vnius ius, & alterius debitũ. Quod D. Thomas. 2. 2. q. 57. art. 1. optimè explicauit, dum dixit, esse terminum actionis Iustitiæ. Quia ad id actio Iustitię tendit, vt soluendo debitum, æqualitatem, inter debitorem, & creditorem constituat. Quo sensu Augustinus *P*arens in Psalmum. 144. *Ius & iniuriam dixit esse cõtraria.* Quia sicut iniuria est contra ius alterius, ita ius tendit ad constituendã æqualitatem cum illo. Atquè ideò Aristoteles. 5. *E*thic. cap. 4. *I*us, seu iustum, quod eadem voce Græcè significatur, idem esse ait, quod bipartitum, id est, in partes duas æquales diuisum. Et quòd *I*udex eadem de causa bipartitor dicitur: quia iustum & æqualitatem deter-

Ius strictè, & propriè dictum.

D. Thomas.

D. P. Aug.

Aristoteles.

minat, & inter vtrumquè constituit. Quod exemplo lineæ ibidem præclarè ostendit.

Vera sentē. *I*us autem sic acceptum, obiectum esse *I*ustitiæ tertio modo sumptæ, vt 10
quædam peculiaris est virtus, è quatuor Cardinalibus, cuius propria laus, & munus sit, aliqualem æquitatem inter homines constituere, ex eadem iustitiæ definitione supra tradita ostenditur. Quæ per huiusmodi ius, seu iustū, tanquam per proprium obiectum, & â Philosopho, & à *I*urisconsultis traditur, vt supra ostendimus, ex Aristot. 5. *Aristotel.* Ethic. cap. 1. & cap. 5. Vbi Iustitiā, per *I*ustum, & ius manifestè definit, & definiuimus. Et *I*us, & Iustum pro æquali, à Iurisperitis accipitur, & accepimus, cum Vlpiano, l. *I*ustitia, ff. de *I*ustitia, & *I*ure. Et D. Ambrosius, libro, 1. de Officijs, cap. 24. & August. Parens, lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 21. *I*us illud perpetuò *I*ustitiæ assotiāt, tanquam obiectū *Vlpianus.* *D. Ambro.* *D. August.*

ab

ab illa inseparabile. *Non est* (inquit August.) *Ius, vbi nulla Iustitia est Iustitia porrò ea virtus est, quæ sua cuiq; distribuit.*

Si tamen rationem huius veritatis *Ratio huius sentētiæ.*
11 expostules, en ipsa, & illa manifestissima. Quia illud est obiectū virtutis moralis, quod est mediū inter defectū, & excessū, in materia, in qua ipsa virtus versatur. Sed ius dicto modo sumptū, est mediū inter excessū, & defectū, in ea materia, in qua Iustitiæ virtus versatur: huiusmodi ergo Ius est obiectū Iustitiæ. Priorē illā propositionē, quę maior versatur, ostendimus ex Aristot. 2. *Aristoteles* Ethi. c. 6. Vbi eo sensu definit, *Virtutē esse habitū electiuū, in mediocritate cōsistentem, quæ quidem mediocritas ratione præfinita sit.* Cuius sententiam exponit D Thom. 1.2. quæstione. 64. arti. 2. *D. Thomas.*
12 Hoc enim ipso quòd virtus neque excedit suā regulam, neq; ab ea deficit, à duobus distat vitiosis extremis, & id est

in medio versari virtutem. Quod pluribus virtutum exemplis ostendunt. M. Valentia. 2. tomo, disp. 5. quæst. 7. puncto. 1. *Et M*. Vazquez. 1. 2. disp. 86. capit. 8. Vt in Temperantia, ita per illam debemus immoderatã delectationẽ reprimere, vt tamen in aliud extremũ insensibilitatis, non declinemus. Et in Fortitudine similiter, ita debemus nimium timorem periculorum declinare, in quo est vitium timiditatis, vt non aggrediamur etiam pericula, vltra mẽsuram debitam, in quo nimia est audacia, & temeritas. *M*ediũ enim in vtraque si obseruetur, illa Temperãtia, hęc vera virtus fortitudinis dicẽtur: *Virtus* (enim ait Horatius) *est medium vitiorum, & vtrinquè reductum*. Idem de intellectualibus virtutibus, S. Thomas affirmat, loco citato, art. 3. ita vt mediocritas earum consistat in veritate, quã enunciant; quæ quidem est in conuenientia eius, quod intelligitur, cum re ipsa

M. Valẽtia.
M. Vazq.

13

Virtutes morales.

Horatius.
Virtutes intellectuales
D. Thomas.

14

ipsa intellecta; nempè, conceptus obiectiui cum re ipsa extra existẽte, à qua mediocritate duobusmodis deficit homo, nempè, per excessum, & defectũ in enunciando; vtroquè enim modo
15 falsitas in intellectu contingit. *I*n virtutibus etiam Theologicis, quas nõ agnouerat Aristoteles, mediocritatem assignat D. Thomas ibi, art. 4. *P*ro quibus duplex est regula asignanda. Vna est ipsum obiectum illarum, nempè, Deus, quatenus quælibet illarum virtutum pro sua ratione, ipsum attingit, & conuenienter intuetur. *E*t hanc quidẽ regulam, non contingit vnquam excedi. Nam si nihil aliud consideremus, quàm rationẽ ipsam obiecti fidei, aut charitatis, nunquam aliquis nimium credit, aut diligit. Quo pertinet illud Ecclesiast. 43. *Benedicentes Deũ exaltate illum, quãtum potestis; maior est enim omni laude.* *E*t illud B. Bernardi initio libri primi, de diligendo Deo: *M*o-

Virtutes Theologicæ. Et de eis prima Regula D. Thomas.

Eccles. D. Bernar.

dus diligendi Deum, eſt ſine modo dili-
gere. Et ſecundum hanc rationem ne-
gauerat D. Thom. virtutes Theologi-
cas per ſe conſideratas in medio verſa
2. Regu. virtutum Theologicarum.
ri. Alia harum virtutum regula eſt, quę 16
nimirum ſit dictamen Sapientiæ diui
næ, quo attenta conditione noſtra, &
omnibus circunſtãtijs definitur, quid,
& quatenus credendum, ſperandum,
& diligendum nobis ſit. Quam regu-
lam cum contingat interdum excede
re, & ab eadem etiam deficere, ſecun-
dum circunſtantias efficitur, virtutes
Theologicas, ſic etiam in medio ver-
ſari. Et ſic debet intelligi id quod D. 17
Thomas aſſeruit, per accidens ratione
noſtri habere medium virtutes Theo-
logicas: Vt fides, v.g. medium attingit
hoc ipſo, quòd neq; minus, neq; plus
credit, & etiam hoc ipſo, quòd nec le-
uiter credit, nec pertinaciter negat. Ex
tremũ autem per defectum eſſet, non
credere perſonas diuinas diſtingui pro
prie-

prietatibus,& per excessum alterũ extremum esset credere, illas distingui essentia. Sic etiam inter desperationem, & pręsumptionē, spes est media, item extrema charitatis essent per defectũ quidem, non diligere Deum, quando oportet: per excessum autem tunc conari diligere, cum ob circunstātias aliquas vehemēter is conatus corpori noceret: nec tamen vrgeret tunc, diligēdi pręceptum. Nequè existimo aliud voluisse Scotum, cum in. *3*. Sentē. dist. 2*6*. q. vnica, ad. 2. dicit, virtutes Theologicas in medio consistere: quare nõ est re ipsa D. Thomę cõtrarius. Quidquid senserit Caietanus. *1*2. q. *6*4. arti. 4. *En* omnium virtutum Moralium, *I*ntellectualium, & Theologicarum mediocritas, qua constat virtutis moralis obiectum illud esse, quod est medium inter excessum & defectum, in materia, in qua virtus ipsa versatur. *Scotus.* *Caietanus.*

Secun-

Secunda verò propositio, quæ mi- 18
nor appellatur, scilicet, Ius dicto mo-
do sumptum, esse medium inter ex-
cessum, & defectum, in ea materia, in
qua iustitiæ virtus versatur: duplici ra-
tione probatur. Est enim pręcipuus hu
ius nostri discursus scopus. Prima est.
Quia (vt omnium habet sententia) 19
Tunc in materia *I*ustitiæ transgredien
dò delinquitur; cum quis, vel detrahē
do quidpiam, aut nō dando alteri, plus
sibi, aut minus alteri, quàm debet, tri-
buit: medium autem inter hoc plus, &
minus, est Ius & æquū. Vt expresse do
Aristoteles cet Aristoteles. 5. Ethic. cap. 3. & 4. &
exemplo lineæ demōstrat: *Si linea* (in
quit) *in duas inæquales partes diuisa
sit, illud, quo maior pars dimidium exce
dit, ab eo aufert Iudex, & adiungit mi-
nori. E*t deinde munus *I*ustitiæ decla-
rans, in redigendo ad hoc æqualitatis
medium, ea quæ iniusta, & inæqualia
sunt, ait: *Id quod excedit medium mi-
nus*

nus habenti addẽdum eſt: id autem, quo exceditur á maximo, eſt detrahendum. Vt ſi ex duobus, quorũ quiſq; habeat quinque, vnum alteri detrahatur, & ad datur alteri, & ſic vnus habeat ſex, alter verò quatuor: *I*uſtitię munus eſt, vt ei qui ſex habet, vnum detrahat, & det illud alteri, qui quatuor habebat: & ſic vterquè redigatur ad mediũ inter ſex, & quatuor, quod eſt quinque, vt ait D. Thomas. 2.*2*.q.*61*.art.2. Hoc ergo ius, & æquum, quo huiuſmodi exceſſus, & defectus ad æqualitatem redigitur, eſt medium *I*uſtitiæ, atquè adeò obiectũ eiuſdem. *D. Thomas.*

10 Secunda ratio, qua eadem propoſitio minor oſtenditur. *E*x doctrina colligitur Ariſt. 2. Ethic. cap. *6*. & 5. Ethic. cap. 3. & 4. & ex D. Thoma. 2.*2*. q. 57. art. 1. &. 1.2. q. *6*4. Quoniam ex eo medium *I*uſtitiæ, ſpecialiter dicitur medium rei, quia ſine comparatione etiã ad operantem, in æqualitate ipſarũ rerum *Ariſtoteles D. Thomas.*

rum media inter excessum, & defectũ consistit. Cum tamen medium aliarũ virtutum moralium (quæ circa pasſiones proprias versantur, & non circa alterum) nulla ratione in rebus ipsis cõsistat, sine habitudine & commensuratione ad ipsum operantem: & sic medium virtutum moralium circa pasſiones, appellari solet tantum, medium rationis, vt constat ex D. Tho. 1. 2. q. 18. & 64, & 2. 2. q. 58. art. 9. & 10. & eius interpretibus in eisdẽ locis, & ex ijs quæ nos supra c. 1. ostẽdimus. Illa autẽ æqualitas media inter excessũ & defectũ, est istud ipsum *Ius*, de quo loquimur. Est ergo ipsum mediũ Iustitiæ, ac inde obiectum eiusdem. Plura de principijs huius rationis differit *M*. Valentia. 1. 2. disp. 5. q. 4. punct. 1. & 2. Vbi eam singulariter explicat. Virtutes, quæ circa operationes ad alterum, quævè circa pasſiones versentur, enumerans. Cuius doctrina id quod *M*. Vazquez. 1. 2. disput.

D. Thomas.

M. Valẽtia.

21

M. Vazq.

put. 85. cap. 3. adducit, vt peculiarē suā sentētiam defendat, enodatur, illos cō sulat, cui placuerit; lōgissima enim cō certatio texeretur, si omnis ad hunc lo cum adduceretur oratio.

CAPVT III.

Quæ sint Iustitiæ partes, & species? & ex eis, quænam Distributiua dicatur?



Vstitię partes, & species nō eodem modo numerantur ab omnibus. Eorum tamen diuisionibus posthabitis, nedum veritatem inqurio, aliorū citando sentētias, inutilis protrahatur oratio; & animum, qui ad vera progreditur, variæ opiniones syluescant. Triplicem esse *I*ustitiam inuenio, *Legalem*, scilicet, seu vniuersalem, *Commutatiuam*, & *distributiuam*. *Iustitia triplex.*

1

Pro

Pro quarum exacta ostensione, aduertas; quod cum obiectum, siue materia iustitiæ sit ad alterum: Talis esse debet in speciebus Iustitiæ diuersitas, qualis est diuersitas in ordine ad alterum. In Republica autem, in qua Iustitia æqualitatem constituit, triplex est ordo. Partiũ scilicet, ad totum; hoc est, singularium hominum ad totam Rẽpublicam: Partium inter se; hoc est singularium hominum inter se: Et totius ad partes; hoc est totius Reipublicę, ad singulares homines, qui sunt eius partes. Et ideò secundum hunc triplicem ordinem, triplicem etiam speciẽ Iustitiæ deprehendimus.

Iustitia legalis.

Primus ordo est, Partium, ad totũ. 2
Et quia singulares homines per legem ad totam Rempublicam ordinantur: quia lex est ordinatio rationis in bonũ commune; ideò ad hunc ordinem necessaria est Iustitia legalis. Cuius munus est, rectitudinem, secundum leges

in

in actionibus hominum, in ordine ad totam Rempublicam conſtituere, &
3 ideò legalis nuncupatur. Dicitur etiam Vniuerſalis, non ſecundum prædicationẽ, quia genus ſit; ſed ſecundũ cauſalitatẽ, quia ordinat omnes actiones aliarũ virtutũ ad totũ ipſum, ſcilicet, Remp. & in ordine ad ipſam, rectitudinem cõſtituit, ad modum, quo Sol. Dicitur Vniuerſalis cauſa, quia cauſat omnes effectus naturales, ita tradit Ariſto. 5. Ethic. cap.1. Vbi *I*uſtitiam legalem communem, & totam virtutem appellat; quoniam reſpicit vniuerſale bonũ, & Diuus Thomas.2.2.quæſt.58.art.5. & 6.eam, generalem virtutem vocat. Et de hac *I*uſtitia primum illud *I*uris præceptum debet intelligi, quod eſt honeſtè viuere, ideſt, conuenienter ad vtilitatem, & honorem Reipublicæ. *E*ſſe autem huiuſmodi Vniuerſalem *I*uſtitiam neceſſariam, Probat Ariſtot. loco citato, & 1. Politicorum. cap.3. è

Iuſtitia legalis cur Vniuerſalis dicatur?

Ariſtotel.

D. Thomas

Ariſtoteles

cuius doctrina duplicem hanc rationē in formam probationis eduximus. Qua Iustitiæ legalis necessitatē, ostēdimus. Prima est. Quia cū homines sufficientē habeant propēsionē, ad proprij boni cōseruationē, non tamen ad cōmunis boni debitam, & cōuenientem conseruationem, ita propense ferātur, frequenter negligitur, id quod cōmune est ad bonum particulare, & cuiq; proprium attendendo, oportet, in Republica, dari virtutem, quæ proprie curet bonum commune, & ita actus singularium partium, dispenset, dirigat, & imperet, vt ad commune bonum facilè, & delectabiliter ordinentur. Secūda est. Quia in Republica, non solum est necessarium, vt inter ciues particularis seruetur Iustitia, sed vt actus fortitudinis, & temperantiæ imperentur, sine quibus Respublica conseruari, & ipsa decus proprium, & propriam vtilitatē tueri, haud quaquā potest, si enim permitte-

Iustitiam legalē esse necessariā, duplici ratione ostenditur.

Prima ratio. 4

Secūda ratio 5

mitteretur, vt milites in bello fugerent est, & ciues intẽperatè, aut cõtra naturã ũ is abuterẽtur corporibus, re vera bonũ cõmune miserè, & ignominiosè labefactaretur, & rueret, & tota deturparetur Respublica. Nõ solũ ergo debet esse Iustitia, quæ particulares ciues ordinet inter se, sed quæ illos ordinet ad bonum commune.

6 Secũd⁹ ordo est, partiũ inter se, hoc est singulariũ hominũ inter se, qui quidẽ ad conuictũ humanum spectat, & cõsistit in cõmutationibus, scilicet, emptione, & vẽditione, mutuatione, locatione, deposito, & alijs huiusmodi mutuis actionibus. Et ideò necessaria est Iustitia cõmutatiua. Cuius est æqualitatẽ, & rectitudinẽ cõstituere in huiusmodi cõmertijs, seu cõmutationibus, siue spõte factis, vt in contractibus, v. g. vt in emptione, & venditione pretiũ sit ęquale rei vẽditę, aut factis inuitis hominib⁹. Vt in furto, & rapina, vt docuit Aris. 5. Ethi.

Iustitia Commutatiua.

Arist.

5.Ethic.cap.4.Hęc autem, Commutatiua Iustitia definiri sic potest. *Est volũtas tribuendi vnicuique Ius suum in commutationibus.*

Iustitia distributiua.

Tertius ordo est. Totius ad partes, 7
scilicet, totius Reipublicæ, ad singulares homines, qui sunt eius partes, ad quem est necessaria Iustitia Distributiua, qua bona communia Reipublicæ distribuuntur inter singulares homines, & eius munus est, in huiusmodi distributionibus rectitudinen constituere, & æqualitatem seruare, secundum proportionem; ita vt distributio boni cõmunis inter plures, sit cum proportione inter bonum, quod confertur vni personæ, & quod confertur alteri, quæ proportio est inter ipsas personas, in illa ratione, quæ in tali distributione respicitur. *I*ta vt, in distributione bonorũ, quę fit, v.g. pro ratione nobilitatis, aut literaturæ, æquales personæ, æqualia bona rescipiant. *I*næquales ve

ro, inæqualia. *H*ęc autem pars Iustitiæ, sic definiri potest. *Est volũtas tribuẽdi vnicuiq; Ius suũ, in distributione bonorũ cõmunium.* Quia vt S. Tho. ait. 2.2. q. 61. art. 1. sol. ad. 2. arg. ideò dicitur per hanc Iustitiã vnicuiq; tribui, quod suũ est (licèt bonũ sit cõmune Reipublicę) Quia sicut partes, & totum idem sunt, totum enim ex partibus constat: ita etiam bonum totius quodammodo est bonum partium. Et ita commune bonum Reipublicæ, est etiam quodammodo bonum singulariũ partium. Et sic per *I*ustitiã *D*istributiuã vnicuiq; parti tribuitur quod suum est, non quod suum est simpliciter; sed in quantũ pars. Quod sufficit ad rationem *I*ustitiæ. *D. Thomas.*

8 (margin, beside "licèt bonũ sit cõmune")

9 Quod autem præter *I*ustitiam legalẽ, quæ ordinat partes Reipublicæ ad bonum cõmune: Et *C*õmutatiuã, quæ partes Reipublicæ dirigit inter se, quãtũ ad ęqualitatem dati, & accepti: hæc alia virtus Distributiua requiratur, quæ

cõmunitatẽ, ipsam ordinet ad singulas partes, proportionaliter, illis bona cõmunia cõferẽdo, quæ pro cuiusq; dignitate sint distribuenda. Ex eo constat.

Iustitiæ distributiuæ necessitas cõprobatur.

Quia vbi particularis ratio difficulta- 10
tis, & noua perfectio actus laudabilis inuenitur particularis virtus cõstituenda est, sed in recta distributione, & ap-

Prima ratio.

plicatione bonorũ cõmunium, maior difficultas apparet, quã in recta cõmutationũ directione. Difficilius est enim bona cõmunia, quæ singulorũ propria non erant, applicare, quàm vnicuique quod suum erat, & peculiari titulo debitum tribuere. Et ita experientia docet, facilius obtineri in Republica, vt Iudices cogant singulares personas, ad restituenda debita, quàm vt Principes rectè distribuãt, beneficia, officia, & bona alia communia. Peculiariter ergo sunt laudãdi, qui rectè distribuunt, cũ

Secunda ratio.

ad hoc nõ cõpellantur. Et da hoc particularis est cõstituẽda virtus. Præterea 11

ad

ad dirigendã, cõmutatiuam *I*ustitiã, solũ oportet, ad debiti quãtitatẽ intueri,
12 vt tantundẽ soluatur. Ad dirigendã verò bonorũ cõmuniũ distributionẽ, neque absolutè meritum, neque absolutè debitum attenditur, vt réddatur æquale; sed solum dignitatis proportio inter partes Reipublicæ, & cõueniẽtia ad optimũ statum, & gubernationẽ eiusdem Reipublicæ. Vt ordinate, & pro dignitate sine personarum acceptione ex bonis communibus singulis distribuatur. Quod in se peculiarem rationem continet difficultatis.

Quomodo Iustitia Distributiua, á cõmutatiua, dissentiat?

Quibus, & verissima, se prodit sententia, de diuisione *I*ustitiæ; deque necessitate Distributiuæ virtutis, &
13 ad aliam æquè constantem de distinctione essentiali, Distributiuæ à cõmutatiua *I*ustitia facilis apparet accessus. Singularis enim est circa hoc *B*uridani sentẽtia. 5. *E*thi. q. 7. asserentis non esse proprie species Iustitię, cõmutatiuã, &

Buridani sententia.

 *D*istri-

Vera senten-tia. Distributiuam. Sed conditiones quasdã accidentarias, quæ non constituunt essentialem differentiã, comunissima namq; est, has virtutes specie differre, & essentia distingui. Quia licet vtraq; 14
in aliquibus, aliqua ratione cõueniat, in alijs essentialiter differre, nemo est
In quibus, Iustitia Commutatiua, & distributiua, conueniant. qui dubitet. Conueniunt enim in hoc. Primò, quòd vtraq; reddit vnicuique quod suum est. Quia hoc est de ratione *I*ustitiæ. Secundò, quod vtraque est particularis. Distributiua quidem, quia bona communia inter particulares distribuit. Commutatiua autem, quia circa commutationes inter particulares
D. Thomas. versatur: & ideò, quando D. Tho. 2.2. q. 62. art. 1. *I*ustitiam inter cõmutatiuã, & Distributiuã diuisit, de particulari *I*ustitia, prout contra vniuersalẽ, & legalem distinguitur, debet intelligi.

In quo differant. *D. Thom.* Differunt tamen secundum verissimam Doctorum sententiam. *E*ssentialiter, ita D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. ex 1

Arist.

Arist.5. *E*thic.cap.3.& cum eo.*M*.Molin.de *I*ust. & iure.tom.1.disp.8.M. Valētia.tom.3.disp.5.q.5. de *I*ustitia.pūct. 1.§.*C*ontraria tamen.M.Suarez. opusc. de *I*ustitia,sect.3.n.13.Rebello, de obligationibus *I*ustitiæ.1.p.q.3.sect.3. Leonardus Lessius,de *I*ustitia.libr.2.cap.1. dub.4,n.12.M.Aragon.2.2.q.61.art.1. M.Salon.ibi.& alij.

M. Molina, *M. Valentia* *M. Suarez.* *M. Rebello.* *M. Leßius.* *M. Aragon.* *M. Solon.*

16 Nam Iustitia versatur essentialiter, in constituenda æqualitate inter vnius personæ *I*us,& alterius debitum: pro diuersitate ergo Iuris,& debiti, diuersa pars, & species *I*ustitiæ constituenda est: sic enim gratitudinem à Fidelitate distinguimus,ex diuersa ratione debiti:& obseruantiam,qua homines colimus, à Pietate,qua Parentes: & hanc etiam à Religione,qua Deum veneramur.Quia in ijs omnibus longe diuersa ratio *I*uris,& debiti inuenitur. At duplex est ratio *I*uris, & debiti ex eo prouenietis. Prima est iuris,quod est domi-

Ratio euidens.

Duplicē esse rationē iuris.

niũ,vel ad illud ſpectat,vt Ius vtẽdi,ius
fruendi,ius poſsidẽdi,de quo M.Moli- *M. Molina.*
na.tom.1.de Iuſtitia.tit.2.diſputationi-
bus.5.&.7.&.12.Et iſti Iuri reſpondet
debitum ſoluendi domino , aut vſua-
rio,aut vſufructuario,aut poſſeſſori, &
ad hunc modũ debiti reducitur, quod
ex cõtractu debetur,vel ex delicto cõ-
miſſo cõtra Ius alterius,qui habet pote
ſtatẽ,aut dominãdi, aut vtẽdi,aut fruẽ-
di,vel poſsidẽdi.Secũda ratio Iuris eſt, 17
nõ vt habetur ex dominio,aut ex cõtra
ctu; ſed magis tenuẽs in quadam digni
tate,ſeu conditione perſonæ fundata,
eo quòd eſt pars communitatis, cuius
eſt bonum quod diſtribuitur . Nam
eo ipſo habet aliquod ius, vt ſi bonum
illud diſtribuatur , & in eo titulus
talis diſtributionis exiſtat, ſibi confe-
ratur pars aliqua illius boni , pro ra-
tione tituli quem habet . Nam ſi ali-
quod ius non haberet, illa diſtributio
non eſſet actus Iuſtitiæ, quæ neceſſa-

rio

rio (vt dixi) circa ius verſari tenetur.
18 *H*uic verò iuri reſpōdet debitū in diſtri
butione. Quod nō aliud habet funda-
mētū, niſi illud bonū eſſe cōmune, prò
diſtributione conſtitutū, & hūc homi-
nem, eſſe partē talis cōmunitatis, & ha
bere titulū, pro cuius ratione talis fit di
ſtributio. Quis autē nō videat, hācdupli
cem rationem iuris, & debiti eſſe lon-
ge diuerſam? cum prima ſit vera pote-
ſtas, & dominium diſponendi, de re,
19 non vero ſecunda. Quare cum *I*uſtitia
commutatiua reſpiciat primum, ius,
& debitum ex eo procedens, atque ita
tendat ad conſtituendam æqualita-
tem inter tale ius vnius, & alterius
debitum, quæ vocari ſolet æquali-
20 tas Arithmetica, ſine dubio eſſen-
tialiter, à *I*uſtitia Diſtributiua diſtin-
guitur, quæ ſolnm reſpicit ſecun-
dam rationem iuris, & debiti, iuxta
proportionem explicatam, quę tendit
ad conſtituendā ęqualitatem inter ius,

illud tenue, non ita rigorosum, & proprium; quod habet pars communitatis, & debitũ personæ distribuẽtis, quæ appellari solet æqualitas Geometrica. Vnde ex priori debito, omnes Theologi, in discriminatim, & sine cõtrouersia affirmãt; ex illius læsione, nasci obligationẽ restituendi: de posteriori verò præcise sumpto; quam plures (ne dixerim, qui melius sentiunt) id negant, & ego infra. 2. p.

Pro hac tamẽ speciali ratione *I*ustitię, & debiti (si fas est subtili tui ingenij accumini aliquod offerrepręsidiũ) hoc vtaris exẽplo. Nã, qui beneficiũ, aut officiũ procurat, nunquã dominium, vel eius possessionem obtinuit, vel alterius æquiualentis rei, quam pro altera dederit: habet tamen, si sit digna persona, ius quoddam ad talem rem; quia secundum quandam æquitatem, ei potius, quàm alteri tribuenda est; eo quòd inter partes huius 21

huius cõmunitatis, maiorẽ habet cũ ta
22 li re proportionẽ, quã aliæ personę. Vn
de fit, vt si sint alię personę ęquè dignę,
nulla earũ ius habeat ad talẽ rẽ necessa
riũ (vt sic dicã), seu efficax, sed tantum
sufficiẽs; quia cuicunque earum detur,
23 nulli irrogatur iniuria. Atq; hinc etiã
optimè declaratur à posteriori, hoc ius
lõge esse diuersũ, à iure dominij. Quia
postquã alicui datũ est huiusmodi be-
neficiũ, seu officiũ, quia iam habet il-
lius dominiũ, non potest propter quæ-
cunque alterius merita, ęqualia, vel ma
iora, illo priuari: fieretque iniuria con
tra *I*ustitiam *C*õmutatiuã. Lõge ergo
diuersum est, habere verum ius in re,
tanquã propria: & habere aliquale *I*us
24 ad rem communem. Ex quibus con-
cludo, hanc diuersitatem iuris, & debi-
ti sufficere, ad constituendam essentia-
lem distinctionẽ, inter huiusmodi *I*u-
stitias, & hanc esse propriam, & prima-
riam rationem distinguendi Commu
tati-

D. Thomas. tatiuã à diſtributiua, & hæc eſt S. Tho.
Ariſtoteles. ſentẽtia. 1. p. q. 21. art. 1. Ariſt. loco citato, quorum exactiſsimam, & veram expoſitionem accutiſsimè diſſerit,
M. Suarez. M. Suar. opuſculo de Iuſtitia. ſect. 3. à nume. 17. vſque ad 21. Vbi etiam qualiter diſtributiua Iuſtitia dignitatem perſonarũ inſpiciat; non vero commutatiua, attendas, non enim mei eſt inſtituti in hac parte, omnia quæ alij diſputant ad longum diſcutere. Vſque dum maiora de Iuſtitia & iure, quæ tibi paro (æquiſsime Præſes) in lucem edam commentaria.

CAPVT IIII.

Quid ſit perſonarum acceptio? Et quæ neceſſaria ſint vt committatur?



Vantũ ad nomen attinet, vſurpatur Acceptio, vel acceptatio 1
perſonarum, pro humano, & inordinato

nato respectu, quo bonum commune distribuitur, non secūdum merita, aut dignitatem personarum; sed secūdum fauorem, & gratiam, cum fieri deberet, ex æqualitate *I*ustitia. *E*t quamuis accipere, vel respicere personā, posset aliquando licite fieri; qua ratione Iob. 42. dicitur. Deum suscepisse faciem sui amici *I*ob, vt ei quod postulasset, concederet. *Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia*: *E*t quibusdam interiectis. *Suscepit Dominus faciem Iob*. De suscipienda vero, aut honorāda facie alicuius, quod misericordiæ, beneuolentiæ, reuerentiæquè sit, ex frequenti sacrarum Scripturarum phrasi deducitur, illud enim. Genes. 32. *Forsitam propitiabitur mihi*. Hebraica habet. *Forsitam eleuabit faciem meam*. Septuaginta. *Suscipiet*. Scholia Greca. R*euereatur*. Et è cōtrario dicitur faciē alicui⁹ cōfundere, qui petita negat, quia negando

Iob. 42.

Genes. 32.

negando, neque faciē superioris reuere
tur; neque fauore, & gratia prosequitur
inferioris personā, aut faciem; sic illud
*I*oab ad Dauid in morte Absalon. 2.
2. Reg. 19. *Deut. 28.* Reg. 19. *Confudisti hodie vultus omniū*
seruorum tuorum, & illud Deut. 28. *Ad*
ducā gentē procacissimā, quæ non defe-
rat seni. Vbi *H*ebrea, *quæ nō accipiat fa*
Prouerb. 6. *ciē senis.* Septuaginta. *Nō mirabitur fa-*
ciem senis. Et Prouerbio. 6. *Nō acquies*
cet cuiusquam precibus. Hebræa. *Neq;*
accipiet faciem cuiuscunque. Modo
enim hoc, modo illud, faciem vel per-
sonam accipere, sacra Scriptura signifi
cat. Est enim Hebraismus omnibus in
terpretibus bene notus, è quibus vnū
M. Pineda. instar mille inspicias. *M*. scilicet, Pine-
da, in Iob. cap. 9. versic. 24. nume. 4. &
cap. 13. versi. 8. num. 2. & cap. 42. versic.
Quæ sit propriè Acceptio personarum. 8. & 9. n. 4. At licet hoc ita sit; ex sacræ 2.
Scripturæ, & sanctorū Patrū vsu, vitiū
sonat, & pro vitio vsurpatur, personarū
acceptio, quādo, scilicet, causam opor-
tebat

tebat attendere, & potius persona attẽditur, aut personę proprietas, quæ non pertinebat ad rem. Nam faciem in iudicio accipere, vel personã, ex frequẽtiori Scripturæ cõsuetudine, pertinet ad acceptionem, gratiam, beneuolentiam, quę contra ius, & æquitatem alicui personę confertur; causæ ęquitate, & Iustitia minimè considerata: sed tan
3 tum dignitate personæ. In hac significatione, ad Roman. 2. & ad Ephes. 6. dicitur, nõ esse apud Deum Acceptionem personarum. Sic ad Rom. *Gloria* *Roman. 2.*
autem, & honor, & pax, omni operanti bonum. Iudæo primum, & Græco. Hoc est (si germanam huius difficillimi testimonij desideras expositionem) siue Iudæo, siue Græco, gloria, honor, & pax, erit, aut reddetur. Et Iudæum primum appellat; vt statum Iudæorum, Gentiũ statui præponat. Erat enim perfectior: nõ tamen, vt in redditione gloriæ, honoris, & pacis. Iudæus, quia Iu-

dæus, Græco præfertur, quia Græcus est. *Non enim est* (ait) *acceptio personarum apud Deum.* Vbi causam adiungit, cur vnicuiquè, siue *I*udæo, siue Græco, reddat secundum opera sua. Bene quidem operanti, bonum, malè verò operanti, malũ, *Quia non est Deus* (inquit) 4
personarum acceptor. Non enim mala opera vllius punire desistit: quia Iudæus est, aut Græcus, qui ea operatur. Sed quicunq;, & qualiscunq; malus est, & peccator, punitur, nec contrariò bona opera præmio defraudat; cuiuscunq; *I*udæi scilicet, & Græci, & qualiacunq; illa sint. Similis est sententia Petri, Act. 10. *In veritate* (inquit) *cõperio, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deũ, & operatur Iustitiam, acceptus est illi.* Cuius loci subtilem & propriam expositionẽ reperij apud Lessiũ in suo de *I*usti. & iure. li. 2. c. 32. dub. 1. n. 3. & eodẽ sessu Act. 34. dicitur: *Qui nõ accipit personas*

Act. 10.

M. Lessius.

sonas Principum. Ac si diceret (vt expli
6 cat ibi M.Lorin.) Nõ ille mouetur hu- *M.Lorinus*
mana potẽtia & splẽdore, vt hominũ
personas accipiat: & iniquis Principib'
aduersus pauperes sęuiẽtib⁹, fauere ve-
lit. Merita ille hominũ, & mores existi
mat, nullũq; dignitatis humanę splen
dorẽ, paupertati, & probitati antepo-
nit. Neq; alicuius metu, & reuerẽtia ab
æqualitate causæ discedit, aut à iusta sẽ
tẽtia ferẽda retardatur. *Non accipit*, nõ
eleuat, non honorat *personã*, Faciẽ, ex
ternã speciẽ, & Principũ splẽdorẽ. Vbi
Septuaginta: *Nõ est veritus, faciẽ hono
rati.* Et deniq; Deut. 18. *Qui personã nõ* *Deute. 18.*
accipit, nec munera: Et è cõtra Psal. 81. *Psal. 81.*
*Vt quid iudicatis iniquitatem, & facies
peccatorũ sumitis.* Hoc est, quousq; ini
qua facitis iudicia? *Et facies*, idest, per-
sonas accipitis? Quousq; impiorũ ratio
7 nẽ, & delectum habetis, indulgetis, &
fauetis? Sic Genebrar. ibi. *Idẽ enim est,* *Genebrar.*
faciem, aut personã accipere, atq; res-
picere, gratia quadam, & fauore inde-

 bito,

bito, alicuius, non causam, sed præsentiam, aut qualitates alias, quæ ad rē nō spectant. Et quarum intuitu, rectus rerū ordo inuertitur. Et Vniuersi pulchritudo deturpatur.

Quibus, quid sit personarum acceptio, & in quo vera eius ratio consistat, 8
facilè deprehēdimus. Et insuper ex D.
D. Thomas. Thoma colligimus. 2. 2. q. 63. ar. 1. Tūc enim Acceptio personarū inuenitur quando præter dignitatem, & debitam causam, aliquid intuitu personæ confertur, vt ex declaratione nominis apertè deduximus. Quod vt vnico verbo dicam. Quādo in aliqua distributio 9
ne nō respicitur causa, sed persona. Et
Glos. Ordin. fundatur in glossa ordinaria ad Ephes. 6. vbi ratio redditur, cur apud Deum non sit personarum acceptio? *Quia Deus Iustus Iudex, non personas discernit, sed causas.* Vnde personas accipi dicimus; quando excluditur vera causa propter, quam aliquid erat tribuendū.

& me

& meritò D. Thomas asseruit ad respe-
ctum personæ pertinere proprietatem
quamcunquè consideratam, quæ non
pertinet ad negotium, quod erat agen
dum. Et similiter attenditur, quòd cõ
ditio aliqua & proprietas personæ, quę
respectu alicuius negotij nihil condu-
cit, in alio negotio, sit causa debita, pro
pter quã iustè aliquid conferatur. V. g.
propinquitas, aut consanguinitas, si
ad collationẽ *E*cclesiastici beneficij,
aut Episcopatus comparetur, causa est
impertinens, & quæ acceptionem per
10 sonarum facit. Si verò consideretur in
ordine ad diuisionem hæreditatis, ex-
poscit, vt consanguinei alijs præferan-
tur, sine vitio accipiendi personam.

11 Requiritur ergo ad personarum ac
ceptionem. Primò, vt id quod respici
tur in persona, vt alteri præferatur, om
ninò sit impertinens, vt illud debeat
cõferri. Vt si Præses aliquem supremo
Regi proponat, ad Episcopatus, aut ali

Quæ requirantur, vt acceptio personarũ committatur.

Primũ quod requiritur. cuius Eccleſiaſtici beneficij, aut officij ſęcularis munus obeundum, non quia doctus, nõ quia dignus, ſed quia diues, vel quia eſt ſibi ſanguine cõiũctus, vel alicuius principis Æccleſiaſtici, vel ſæcularis fauore, & ſolicitudine adiutus. Quia tũc cẽſetur illud bonũ tribui perſonæ, vt perſona eſt, & nõ vt digna eſt, quãdoquidem hæ conditiones perſonę attendũtur, quę ad dignitatem non pertinẽt, reſpectu illius boni, quod cõfertur, & propterea dicitur perſonarum acceptio.

Secundum quod requiritur. Secundò requiritnr, vt ex Iuſtitia, iuxta proportionem aliarum cauſa- 12
rum, aliquid eſſet conferendum, quod propter reſpectũ indebitum aliter confertur. Nam in ijs quę ex liberalitate, & gratis dãtur, quãuis prodigalitas, aut alia poſsit inordinatio reperiri, vel cõtra liberalitatẽ: quia videlicet, non donaret quibus deberet: vel contra Iuſtitiam commutatiuam, ſi ex tali dona-

tio-

tione damnum alicuius tertiæ perso-
næ sequeretur; non tamen personarũ
acceptio, quæ contraria est virtuti Ius-
titiæ. Et sic optimè talis personarũ ac-
ceptio ab Alexãdro Alensi. 2. p. q. 139.
13 definitur. *Quod est iniustitia, qua perso-*
na præfertur personæ propter indebitam
causam.

Alexander Definitio acceptionis personarum.

Tertiũ quod requiritur.

14 Tertio requiritur, vt is, qui communitatis bona distribuit, talem distributionem debeat facere, in compensationem dignitatis personarum, quæ sunt illius communitatis partes, alioquin, si hęc obligatio non subsit, non erit obligatio ex Iustitia distributiua, distribuẽdi, ac proinde non habebit locum personarum acceptio. Dupliciter autem
15 potest contingere, vt qui bona cõmunitatis distribuit, debeat ea bona distribuere in compensationem dignitatis partium ipsius. Vno modo ex natura rei tantũ. Quando scilicet quælibet pars industria propria aliquam digni-

Duplex modus obligationis distribuendi bona communia.

Primus modus ex natura rei.

 tatem

tatem acquirit, quæ in totius redundat dignitatem. Ac proinde, qui bona cō-munitatis diſtribuit, vice totius communitatis ex natura rei, debet in illam partem diffundere bona totius, ſecundum æqualitatem proportionis conſiſtētis in eo. Vt ſicut ſe habet pars rectè ad totum, ita è contra, tota communitas ſe habeat rectè ad partē: atq; adeò partes ipſæ inter ſe. Sicut. v.g. Gubernator Eccleſiæ ex natura rei debet ſecundum proportionem diſtribuere bona Eccleſiaſtica, iuxta dignitatem, quam propria induſtria, ſibi membra Eccleſiæ acquiſiuerunt, atq; adeò contulerunt in communitatem; eo ipſo, quòd

In quo huiuſmodi dignitas conſiſtat.

bonum partis ex natura rei eſt bonum 16
totius. Quæ quidem conſiſtit in doctrina, pietate, &c. Vt ſi aliquis alicuius Regni, vel communitatis ciuis, induſtria, labore, peregrinatione, alijſq; incommodis, quæ in alienigenarū terris perferūtur: vbi bona & mala in omnibus

ten-

tentantur, doctrinam acquisierit; literarum præstantiam, & continuis laboribus, & assiduis lectionibus obtinuerit; religionem, pietatem, obseruantiã, in omnium opinione coluerit, eo ipso
17 quod bonũ partis ex natura rei est bonum totius, & in eius conducit vtilitatem, & commodum: Qui bona illius Regni, & communitatis distribuit, ea distribuere tenetur, ex natura rei in cõpensationem dignitatis illius partis; vt illa alijs alterius cõmunitatis, vel eiusdem, si non ita dignę fuerint, præferatur. Vel si aliquis proprijs sumptibus, labore, industria, & propriam dignitatẽ, & communitati aliquam sui imperij, & dominij partem addiderit, & ex eo
18 ei maiestatem, vtilitatem, commodũ-vè præstiterit, perpetuòq; in eius custodia, & defensione perseuerauerit; vt fuere Duces illi (& vt familiariter dicam) *Conquistadores*, qui Nouum Orbem suis sumptibus, & huic antiquo

Quomod Primi Noui Orbis Duces seu Conquistadores *debent remunerari, & alijs præferri.*

orbi accumularũt,& suo labore,& in dustria semel parta cõseruant,& in totius Regni bonum,& vtilitatem, protegunt,& tuẽtur. Et quamuis innumeris deuictis gentibus, permultisq; suæ ditioni additis prouincijs, Hispani, & imperium latè propagasse, & nomen suum nobilitasse, & argenti, atq; auri immensam vim domum attulisse videri posint: Tamen, si ea conferantur cũ erumnijs, quibus fuerunt affecti; Vtrũ ij sint, quibus inuidere alij, an quorum misereri potius debeant, nemo facilè statuat. Itaque lamẽtabitur illorum vicem, potiusquam, prosequetur, gratulatione, atquè plausu; quæ omnia vt sui Regni & Imperij protraherẽt magnitudinem, suoq; Regi offerrẽt supplices, custodirent vigiles, conseruarent fideles. Nonne experire consueuisti, (Princeps humanissime) illos fecisse? Et sic eo ipso qui bona distribuit in illius dignitatis compensationem ex na

tura rei tenetur distribuere, vt quisic in vtilitatem, & bonũ Reipublicæ, se gesserũt, alijs in distributione bonorum communium præferantur.

19 Altero modo potest quis communitatis bona distribuere in compensationem dignitatis membrorum eius, ex obligatione, non præcise orta ex natura rei; sed ex pacto & promissione. Si videlicet, ipsemet distributor paciciscatur, & promittat, se bonum, quod in communitatem conferunt partes, secundum proportionem remuneraturum. Et hoc modo debet Deus ex Iu- 20

Secũdus modus ex promissione.

stitia distributiua remunerare hominũ merita, quę in bonum cõmunitatis Ecclesię, cuius Deus est caput, & supremus Gubernator, redundãt. Quia licèt verũ sit, opera hominũ, quatenus à gratia procedũt, ex vi, & natura ipsius gratiæ habere quãdã proportionẽ cõdignitatis cũ pręmio, vt existimãt, & verè affirmãt Caie. 1.2. q. 174. ar. 1. & 3. & Frãcisc. Rome.

Quomodo Deus ex Iustitia Distributiua hominum merita remunerare teneatur.

Caietanus. Fran. Rome.

Romero libro de Veritate, & necessitate operum, verit. 22. & alij moderni. Nihilominus tamen verum etiam est, eis non deberi ex propria *I*ustitia præmiũ, nisi in promissione, & pacto Dei fundetur. Vt late Cardinalis Bellarmi. lib. 5. de Iustificatione, cap. 14. Hosius in Confessione Polonica, ca. 73. Quia Deus absq; promissione nõ potest cõstitui debitor simpliciter, ita vt iniustus sit, si deneget debitum. *I*ustitia autẽ propria distributiua, de qua loquimur, talis est, vt hanc debiti necessitatem includat. *E*t vtrumq; in Deo constituere propriè, *I*ustitiam scilicet, & debitũ, nec veritus sum, nec contrarium aliqua ratiõe existimaui probabile. Vtrũquê S. Thomas affirmat. *1*. part. quæst. 21. art. *1*. 1. Contragẽtes, cap. 93. & in. 2. dist. 27. ar. 3. *E*t quod. 1. 2. quæst. 114. arti. 1. idem D. Thom. asseruit, in hominibus non esse *I*ustitiam simpliciter respectu Dei, non est suæ doctrinæ contrarium.

Bellarmin.

Iustitiam distributiuã, & debitum in Deo constitui.

D. Thomas.

21

trariũ. Nam illa particula, *Simpliciter*, non excludit veritatem, & proprietatem *I*ustitiæ, sed excludit eum rigorẽ *I*ustitiæ, qui gratiam aliquam, vel promiſsionẽ eius non præſupponit. Quod
22 patet ex illis verbis: M*eritum hominis apud Deum eſſe non poteſt, niſi ſecundũ præſuppoſitionem Diuinæ ordinationis.* *E*x hac tamen præſuppoſitione nõ negat D. Thomas, oriri poſſe verã & propriam *I*uſtitiam, & rationem iuris, & debiti: ſed potius affirmat, & cum eo Caietanus. 1. par. quæſt. 21. art. 1. & 2. 2 quæſt. 61. art. 4. Ferrara. 1. Contra Gentes, cap. 93. Soto lib. 3. de *I*uſtitia, quæſt. 5. arti. vltimo, & lib. 3. de natura, & gratia, cap. 7. Ricard. in. 4. diſt. 46. art. 1. q. 1. *M*. Aragon. 2. 2. q. 61. art. 4. *M*. Valentia tomo 3. diſp. 5. M. Suar. 3. p. q. 1. per integram diſputationem, & opuſculo ſpeciali de *I*uſtitia Dei. ſect. 3. per totã. *E*t M. Rebello, de obligationib. *I*uſtitiæ, 1. par. lib. 1. quæſt. 4. ſect. 3. concluſ. 3. Et

Caietanus. *Ferrara.* *M. Soto.* *Ricardus.* *M. Aragon* *M. Valetia.* *M. Suarez.* *Rebello.*

M. Vazq. 3. Et ego idē verissimum in omnibus meis prælectionibus existimaui, & discipulis multoties in vtroq; Orbe publicè dictaui. 1.p.q.21.ar.1. & 1.2.q.114.ar.1 Mexici, anno 161. Et Vallisoleti in Hispania. 3.p.q.1.dispu.4. de satisfactione Christi Domini, Anno. 1605. & 2.2. q.61.art.4. Anno. 1607. Doctores verò oppositum asserenres, vt M. Vazquez 1.p.tom.1.dispu. 85. & 86. & 1.2. q.114 disp. 223. qui asserit, non dari propriè in Deo rationem Distributiuæ Iustitię, sed solum quandam eius formam, & apparentiam, quæ non ēst vera virtus iustitiæ. Vel non satis cōsiderant rationes formales harum virtutum secundum se, sed nimis materialiter, prout sunt in hominibus Vel certè considerarunt creaturam secundum se tantū, & non prout operantem ex gratia, & sub promissione, & pacto, cū Deo inito. Hac autem promissione supposita, Et hoc inito pacto, quod & à Deo fieri.

& fa-

& factum fuisse sine eius libertatis, & summæ perfectionis detrimento, probat *M*agister Suarez, opuscu. de libertate diuina, disputatione. 2. sectione 2. numero. 6. 7. & 8. Deus propriè debitor implendi promissum efficitur. *Fidelis enim est qui repromisit*, ait Paul. ad Heb. 10. & c. 6. *Abundantiùs volẽs*

Deum verè promittere, & pacisci.

25 *Deus, ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit ius iurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mẽtiri Deũ, fortissimum solatium habeamus.* Et Tridẽ. Synod. sesione. 6. cap. 16. *Iustis propositam esse vitam æternam, tanquam gratiam filijs per Christum Iesum promissam, & tanquam mercedem ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorũ operibus, & meritis reddã fideliter.* Vbi illa particula, *fideliter*, nõ excludit rationẽ Iustitiæ, sed sumit͛ prout generalis est omni promisioni. Vnde statim subdit Cõcil. *Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post*

Pau. Heb. 10 & c. 6.

Deum debitorem constitui.

Conci. Trid.

post suum certamen, & cursum, repositã sibi, aiebat Apostolus, â iusto Iudice sibi reddendam. Quibus, & Deũ posse promittere, & pactum inire, inijsseq; de facto, & ex eo debitorem Iustitiæ constitui, manifestissimè cõstat: quod necessarium est ad veram, & propriam rationem Iustitiæ Distributiuæ. Quia sine 26
proprio debito, quo violato, iniustitia committeretur, non intercedit propria ratio *I*ustitiæ: seclusa autem promissione, non potest esse in Deo hoc debitum. *Omnipotens enim, neq; naturæ necessitate, neq; legis præcepto operatur.* Ait Gregorius Nisen. libro de Fato, cap. vltimo, & Paulus. 1. Corinth. cap. 7 *Non habens necessitatem, sed potestatem habens suæ voluntatis.* Si ergo debitor constituitur, ex sua solum promissione esse debet. Hoc autẽ debito constituto, veram, & propriam rationem Iustitiæ Distributiuæ à Deo exerceri, cum præmia iustis distribuit. Et ex eo con-

Greg. Nise. Pau. 1. Cor. cap. 7.

constat. Quia licèt Deus per se respi-
27 ciat in vnoquoq; quantitatẽ meriti, vt
ei cõdignum præmiũ tribuat. Hoc, nõ
impedit quo minꝰ Deus etiã per se pri-
mo intẽdat, cõparationẽ, seu proportiõ
nẽ, inter multos, ex singulis resultan-
tẽ. Nam re vera intẽdit illã distributio-
nẽ pręmiorũ, tanquã bonũ quoddã cõ
mune. Quod & vnicuique accõmoda
ri potest ad eius merita, & toti cõmuni
tati secundum proportionem Geome-
tricam, quæ ad eius pulchritudinem,
seu ordinem spectat. Cum ergo opera
Dei omnibus modis, perfecta sint, cũ-
que ipse sit supremus gubernator, ad
quem primario spectat bonum com-
mune, & in eo debitã proportionem
respicere, non videtur dubium, quin
Deus in hac *D*istributione hoc bo-
num per se intendat, veramque exer-
ceat rationem *D*istributiuæ *I*ustitiæ.
28 Quomodo autem, hæc distributio pro
portionatè fiat ex infinito bonorum

Verã rationem Iustitiæ Distributiuæ á Deo exerceri, probatur.

cumulo, quem secundum Geometricam proportionẽ non posse diuidi, aliqui existimarunt. M. Suarez. in opus. de Iustitia. sect. 3. cum alijs, quæ huius virtutis fundamẽta dimmouere vidẽtur, accutissimè soluit. Hæc tamẽ huic breui resolutioni sufficiant.

M. Suarez.

CAPVT V.

Sitne peccatum Acceptionis personarum; Iustitiæ Distributiuæ oppositum?



VNVM supponit, & alterum quærit huius discursus inscriptio. Acceptionem, scilicet, personarum esse peccatum præponit. Quod nam? cui vè Iustitiæ oppositum, Commutatiuæ, vel Distributiuę? inquirit. Et circa primum, certum esse de fide 1

de colligo, Acceptionem personarum, esse peccatum, huiusmodi enim in sacris literis prohibetur. Leuitici enim. 19. dicitur. *Non consideres personã pauperis, nec honores vultum potentis, sed iuste iudica proximo tuo.* Et Deuteronomij. 1. *Non accipietis cuiuscunque personam, quia Dei iudicium est, sed siue ciuis sit, siue peregrinus, ita paruum, sicut magnum iudicate.* Et cap. 16. *Non accipies personã.* Et Ecclesi. 42. *Ne accipias personã, vt delinquas.* Et sic illud Prouerb. 20. debet intelligi. *Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum.* Quod explicans. D. *Hieron.* ibi sic ait. *Hoc est põdus: maius, & minus, hæc est mensura, maior, & minor. Diuersum namque põdus in domo sua, diuersam habet mensuram: vt aliter videlicet in vno, aliter metiatur in alio.* Et vtrumque abominabile esse apud *Deum*, Scriptura sacra non vsitata voce demonstrat.

Acceptionẽ personarum esse peccatũ certũ est secundũ fidẽ

Leuit. 19.

Deuter. 1.

Cap. 16.

Ecclesi. 42.

Prouer. 20.

D. Hieron.

Abominabile, inquit. Quod ex illo Deu
Deut. 23. ter. 23. desumitur *Non habebis in sacculo diuersa pondera maius, & minus pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi*. Vbi Moyses vnum, & idē pondus, modiumq; ęqualem pręcipitur, obtinere. Et ad Rom. 2. & ad Ephes. 6. tanquā aliquid Deo indignum, remouetur ab eo personarū acceptio. Est etiam hoc vitium contra dictamen rationis, Nā personarum acceptio contraria est rectitudini Iustitię, & quemadmodum æqualitas, & proportio debita, quam obseruat Iustitia, ad honestatem, & virtutem spectat: inæqualitas, ac perturbatio, quam causat personarum acceptio, ad vitium pertinet iniustitiæ, & ita vituperatur, & punitur. Itaque est peccatum, & quidem mortale ex suo genere, quale est omne peccatum, contra Iustitiam, vt docet S. Thomas. 2. 2. q. 59. art. 4. & cum eo omnes eius discipuli.

Ad Rom. 2. *Ad Ephes. 6* *Esse vitium contra dictamen rationis* 2 3 *Accept. personarum esse mortale peccatū ex suo genere.* *D. Thomas.*

Potest

4 Potest tamē aliquādo excusari à mortali, & esse veniale, ob paruitatē materiæ, vt ait M. Lessius. lib. 2. de *I*ustitia. c. 32. de Acceptione personarū, dub. 1. n. 4. Et vel ob imperfectionē actus, non satis deliberati, vel nō satis volūtarij; vt ob ignorantiā culpabilē, qualis solet, esse plerumque ignorantia *I*uris, vt ait ibi *D*iuus Thomas, ad. 2. Si autem fiat iniustitia, ex ignorantia inculpabili, qualis solet sæpe esse ignorantia facti, nullum peccatum erit, de qua ignorantia interpretatur ibi. *D*iuus Thomas, quod Philosophus ait. 5. Ethi. cap. 8. *Ignoscenda esse, quæ ex ignorantia facimus. D*e quo etiam *D*iuus Thomas. 1. 2. q. 89. art. 6.

Quomodo possit excusari à mortali.

M. Lessius.

D. Thom.

D. Thomas.

Aristotel.

D. Thomas.

5 Et leuitatis materiæ duplicem esse modum in Acceptione personarum aduertas (Princeps cōsultissime) vt hoc semel dictum alijs possit difficultatibus inseruire. Primus modus est, quando dignitas vnius personæ notabiliter non excedit dignitatem

Duplex modus leuitatis materiæ.

Primus.

tem alterius, tunc enim, non est magni momenti vnam alteri præferre. Secundus modus est. Quãdo id quod minus digno confertur, parum excedit, id, quod digniori elargitur. Tunc enim non prætermittitur notabiliter proportio debita inter partes Reipublicæ. Non enim debet quantitas considerari in *I*ustitia *D*istributiua, sicut in commutatiua. Nam si ex bonis alicuius hominis, contra eius voluntatem quis decẽ numos aufferret. V.g. peccaret mortaliter. *A*t si inter partes æquales eiusdem Reipublicæ, aut ferè æquales, esset excessus, decem, aut viginti aureorum in stipendio officij, vel beneficij commisi: quia non læditur grauiter ordo Reipublicæ, & proportio ad quã *I*ustitia Distributiua ordinatur: non deberet iudicari mortale. 6

Secundus.

Quãtitas materiæ, non ita in Distributiua Iustitia, ac in Commutatiua debet attendi.

Circa secundum. *An sit Iustitiæ Distributiuæ opposita, personarum Acceptio?* communis est *D*octorum senten- 7

Acceptionẽ personarum esse Iustitiæ Distributiuæ oppositã.

tentia; vnanimiſque eorum omnium *Vera ſenten.* conſenſus, Acceptionem perſonarum, *I*uſtitiæ Diſtributiuæ eſſe peccatum oppoſitum. Et hoc abſque controuerſia poſſet permanere ſecurum. Si Magiſter Vazquez.1.part. tom.1. diſp. *86*. *Opinio M. Vazquz.* cap.*4*.non magis *D*iſtributiuæ, quàm Commutatiuæ opponi, aſſeueraret. Cuius tamen ſententia noſtram, nec leuiter oppugnat. Noſtræ enim, vt veriſsimæ grauiſsimi adſtipulantur Doctores, & eam contra aduerſa omnia præparant munitiſsimam. Diuus Thomas.2.*2*.q.*6*3. per totam, & præcipuè *D. Thomas.* art.1.&.4. Caietanus ibi. M.Soto. lib.3. *Caietanus.* de Iuſtitia.q.*6*.art.*5*.M.Aragon. 2.2. q. *M.Soto.* 63.art.4.M.*V*alentia.tom.3.diſp.5,q. de *M. Aragon.* Accep.perſ.punct.4. *M*. Suarez. opuſ. *M.Valentia* *M. Suarez.* de *I*uſt.ſect,*3*.n.14.M.Rebello. de obligationibus Iuſtitię. 1.p.lib.*1*.q.*3*.ſect.*3*. *M.Rebello.* num.13.§.quarta ratio. M. Leſsius.lib. *M. Leßius.* *2*.de *I*uſtitia. cap.*32*.de Accep.perſon. dub.1.

Prima ratio ex autoritate D. Tho.

Et primas obtineat autoritas Diui Thomæ, qui cum initio quæstionis 63. se acturũ proponat prius de Acceptione personarũ, quæ Iustitiæ Distributiuæ opponitur, quam de alijs vitijs, quæ Iustitiæ Commutatiuæ opponuntur. Et in artic. 4. in corpor. solut. ad. 1. & art. 1. probat, & defendit, Acceptionem personarum opponi Distributiuę Iustitiæ in quacunque reperiatur materia. 8

Secunda ratio, ex definitione.

Deinde loco citato, artic. 1. communem Acceptionis personarum definitionẽ assignat. *Quod est iniustitia, in qua persona perfertur personæ propter indebitã causam, vel quãdo id, quod proportionate conferẽdum erat propter merita, inordinate confertur propter fauorem, aut gratiam.* Ex qua definitione colligitur, in Acceptione personarum considerari quatuor extrema, scilicet, personas, & merita, in ordine ad id, quod confertur. Hoc autem proprie perti- 9

pertinet, ad Diſtributiuam *Iuſtitiam*, in quo à Commutatiua diſtinguitur.

10 Pręterea. Officiũ Iudicis eſt, bonum quoddã publicũ, propoſitũ omnibus, æqualiter ex parte Reipublicæ diſtribuere, proportiònatè ergo, debet reſpicere Reipublicę partes, & ſolũ propter merita cauſarum fauere plus vni parti, quã alteri, & per cõſequens: ſi quando cauſa meriti, id nõ poſtulat, plꝰ ad vnã, quàm ad alteram partẽ accedit, proportionem debitam, inter bonũ commune, & Reipublicæ partes, trãſgreditur, & directe contra *Iuſtitiam Diſtributiuam* delinquit. Et ex hoc peccato, naſcitur aliud, vt iniuriam, & iniuſtitiam cõmittat contra ęqualitatẽ debitã cõmutatiuæ *Iuſtitiæ*. Sed hoc peccatum quod exinde reſultat, nõ appellatur perſonarũ acceptio, ad aliud enim vitium ſpectat, inferẽdi dãnũ proximo, in rebus proprijs. Ex quo per ſe loquẽdo naſcitur obligatio reſtitutionis, quã obli-

Tertia ratio ex forma diſtributiuæ Iuſtitiæ.

gationem ex transgressione *I*ustitię *D*istributiuę non oriri, manifestum est.

4. Ratio ex modo distribuendi.

Deniq; Cū *I*ustitiæ distributiuæ sit, 11 bona cōmunia distribuere (vt constat) secundū dignitatē personarū: cū persona accipitur, huic *I*ustitię contrariatur. V.g. Quādo ille, qui distribuit bona alicui⁹ cōmunitatis, modo Ecclesiastica, modo Sęcularia sint; perturbat hūc ordinē: ita distribuens bona cōmunia, vt non habeat rationē dignitatis personarum, respectu huius, vel illius boni distribuēdi; sed neget personæ dignæ bonū ei debitum, vel absolutè, vel secundū hanc, & illā quantitatē: & illud alteri personæ conferat, propter aliquam conditionem, quæ ad rem, non faciat, vel minus faciat. Tunc accipit personam, id est, in persona attendit, quod non debebat attendere, & vitio acceptionis personarum delinquit. *E*st igitur recto ordini *I*ustitiæ *D*istributiuæ oppositum.

Si

12 Si tamen vnum postules, cur potius transgressio Distributiuæ Iustitiæ, quã transgressio Commutatiuæ, personarum acceptio dicatur, cum vtraque transgressio in aliqua materia, oriatur, ex inordinato fauore personæ? Respõdeo, causam huius esse. Quia in distributione bonorum communium, merita personarum debent attendi; & ideò quando plus vni personæ tribuitur, quàm eius merita postulant, in ipso facto, est gratificatio personæ inordinata. Sed quando propter inordinatum affectum personæ, violatur Commutatiua Iustitia, in qua non attenduntur merita personarum, in ipso facto, causa præponitur causæ; & non persona personæ. Propter quod nõ denominatur personarũ acceptiò, ex causa vnde prouenit; sed absolutè ad aliud vitium spectat iniustitiæ Commutatiuæ, quo tollitur propria res vnius, & alteri confertur, & solum

Quare trãsgreßio Iustitiæ Distributiuæ, acceptio personarũ dicatur?

præ-

præsuppositiuè perturbatur proportio debita in Republica, inter bonum commune, & partes Reipublicæ. 13

Argumẽta M. Vazq. Ne tamen, argumẽta. M. Vazquez, supra citati, huic determinationi opposita videar aliqua ratione effugere, ipsa tuo cõspectui propono, quæ vt aliquid probent, in *Iudicio*, hoc est in materia *Primum.* *Iudicij* procedũt. Et Primũ, ex Scriptura sacra desumit, ait enim. *Quod* sicut aliquando in sacra Scriptura prohibetur acceptio personarum, in his, quæ pertinent ad distributionem honoris, vt *Iacobi.2.* *Iacobi.* 2. sæpius prohibetur, vt opposita *Deut.1.* *Commutatiuæ Iustitæ*, vt Deut. *1*. Pro-*Prouerb1.8* *Matt.22.* uerb. 18. & Matth. 22. Cũ ageretur de censu reddendo Cæsari, quod pertinet ad commutatiuam *Iustitiam* præmittitur. *Non accipis personam hominis.* Et 14
Ad Col.5. ad Col. 5. Cum tractatur de præmijs, & supplicijs, iuste reddẽdis, iuxta vniuscuiusq; merita, quod sine dubio, ad *Iustitiã* cõmutatiuam spectat, Deum non esse accep-

acceptatorem perſonarũ, & ſimiliter, ad Rom. 2. æqualiter ergo militat perſonarũ acceptio cõtra Cõmutatiuam *I*uſtitiam, ac contra Diſtributiuam. *Ad Rom. 2.*

15 Secundum, ex verbis. *D.* Thom. 2. 2. q. 63. art. 4. ad. 1. Vbi formã Iudicij, in quo reperitur perſonarum acceptio, per hoc declarat. Quod aufertur ab vno, & datur alteri. Ad hoc directe militat contra Commutatiuam *I*uſtitiã. Ergo perſonarum acceptio directè illi opponitur. *Secundum D. Thomas.*

16 Horum Primo Reſpondeo, in ſacra Scriptura, non ſolum prohiberi acceptionem perſonarum in ordine ad boni cõmunis diſtributionẽ, cui directe opponitur, vt & ipſe. M. Vazquez fatetur. Sed etiã in ordine ad ſentẽtias, & *I*udicia, Cõmutatiuæ *I*uſtitiæ, quoniam eſt occaſio, & radix violandi cõmutatiuam *I*uſtitiam, Acceptio perſonarum præſuppoſita, quando *I*udex plus accedit ad fauorem vnius partis, *Ad. 1. Arg.*

quàm

quàm alterius, & in hoc præsupposito transgreditur Distributiua Iustitia.

Ad. 2. arg. D. Thom. Secundo Respondeo. Verba Diui 17
Thomæ, in solut. ad. 1. argumentum; debere intelligi iuxta ea, quæ superius, in corpore articuli dixerat. Vbi docet Acceptionem personarum in Iudicijs, habere quandam inæqualitatem in quãtum attribuitur alicui personæ, præter proportionem suam. Vnde accipere ab vno, & dare alteri, si referatur ad res proprias iam possessas, directè pertinet ad transgresionem Commutatiuæ Iustitiæ: Sed auferre fauorem debitũ, vni personæ, & plus accedere ad alteram, nõ seruata vtriusque proportione, per-
tinet ad transgresionem Distributiuę 18
Iustitiæ, quę talem exigit proportionẽ. Et Diuus Thomas non loquitur priori modo, quatenus Iudex aufert rem propriam vnius, & tribuit alteri, contra æqualitatem absolutam Commutatiuæ Iustitię, inter rem, & rem; sed quatenus

nus contra æqualitatem proportionalem, quam respicit Distributiua *I*ustitia, aufert ab vno, & tribuit alteri. Vel
19 cum æqualiter, se deberet gerere erga diuersas personas, plus ad vnam, quàm ad alteram accedit, in quo perturbat Reipublicæ ordinem, quem requirit *D*istributiua *I*ustitia, & sic ipsi est opposita personarum Acceptio.

CAPVT VI.

Quomodo à Deo ipso, personarũ Acceptio, In donorum æquali Distributione, respectu inæqualium meritorum, remoueatur?



NEC à tua (Sapientissime Princeps) eruditione alienum puto, imo potius existimo, hoc tuam subtilissimam perspicacitatem tacitè

cite inquirere, & ni hic disputaretur, me facile oblitum reprehendere. Vt qui Deo, cap. 4. Iustitiam Distributiuã 1
attribuo, ab eo etiam personarum acceptionem dimmoueã, cum inæqualia dona ęqualib', vel inęqualib⁹ æqualia largitur? Et licèt nulla de hoc deberęt exitari dissensio, cum acceptio personarum à Deo necessario debeat excludi, sacræque literæ pasim excludant, vt cap. præcedenti satis ostendi.

D. Thomas. Et Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 63. art. 1. ad. 3. & cum eo omnes eius discipuli à Deo acceptionem personarum, quę vitiũ est Iustitiæ cõtrarium, peccatũ ex suo genere, & summa in supremo Gubernatore imperfectio, excludãt. Et tã quã dogma fidei Deũ esse Iustũ Iudicẽ, apud quem aiebat Apostolus, repositam habuisse coronam; cuncti teneamus securi.

Quæ sit causa propter quam, cum æqualia in- Causa tamen propter quã, cum inæqualibus ęqualia, vel inæqualia æqualibus elargitur, non 2

acci-

accipiat personam? nō est facilè determinatu: ad hoc autem adesto beneuolus.

Causam hanc, vt D. Thomas ostendat, hanc reddit rationem. Quia Deus gratis sua dona distribuit, & personarū Acceptio solum habet locum, in ijs, quæ ex Iustitia debentur, vt supra dixi. Cui facilè sacræ Scripturæ testimonia opponimus. In quibus ratio redditur, propter quam apud Deum nō est personarum acceptio: Quia respicit causas, & non personas, & vnicuique tribuit iuxta opera sua, vt habetur ad Roma. 2. Actorum. 10. Apocal. 18. & Psalmo. 61.

æqualibꝰ conferātur, non sit acceptio personarum.

D. Thomas.

Huic tamen difficultati, breui, eaq; necessaria distinctione, ne diutius im-
3 moremur. Respōdeo. Nam dona Dei, quædam omninò gratis conferuntur, neque merita exigunt, vt gratia vocationis, & aliæ gratis, & merè liberaliter datæ, & in ijs sufficienter redditur ra-

Dona Dei quædam merè gratis cōferuntur.

tio, quæ personarum Acceptionē excludat. Quoniam dona hæc nulli debentur. Neq; ea Deus distribuit ex debito *I*ustitiæ, in compensationem alicuius meriti, siue dignitatis eorum, qui bus ea confert; nō enim illa meremur. 4
Et ita per hoc quod vni det, alteri neget, nulli facit iniuriam cōtra debitum *I*ustitiæ: quia non promisit, se illa secū dū merita distributurum. Sed integrū est illi facere secundum propositum suæ voluntatis. *E*t de ijs illud Matth.
Matthæi 2.0 20. intelligitur. *An non licet mihi quod*
Maldonat. *volo facere? I*ta hoc Maldonatus exponit, vt pro ratione satis sit sua voluntas. Nulla est enim iusta querella, si Deus alicui tribuat donum indebitum, dum modo nulli deneget, quod est illi promissum, aut debitum: Sic est D. Thom.
D. Thomas. intelligendus. *E*t sic ipse interpretatur
Matth. 14. illud Matth. *14. Duo erunt in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur.* *D*e ijs etiam sæpè loquitur Diuus P.

Aug.

Augu∫tinus cum dicit: *Quare illum ira bat, illum non trahat? Noli velle iudicare, ∫i non vis errare* Nam quātum ad mi∫ericordiam indebitam illi, cui condonatur peccatum, nulla e∫t cau∫a, prę ter diuinam liberalitatem: etiam ∫i iu∫tè alter, propter peccata de∫eratur. Ita etiam exponit *M.* Suarez, illud, *An nō licet mihi quod volo facere?* lib. de Attributis Dei negatiuis, c. 20. n. 17. tom. in. 1. par. Hoc ita feci∫∫e, vt gratiā ∫uā, ac liberalē donationem cōmēdaret. Sunt autem alia dona, aut potius præmia, quæ ex ∫uppo∫itione diuinæ promi∫∫ionis, & legis conferenda ∫unt, ∫ecūdum dignitatem, & ex Iu∫titia. Inter quæ numerantur augmentum gratiæ, & Gloria. Et in ijs reddenda e∫t alia ratio, cur non habeat locum per∫onarū acceptio: Quia infallibiliter Deus tribuit vnicuique, iuxta proportionem proprij meriti, & ∫olum re∫picit meritoriam cau∫am, non autem alias

D. P. Aug.

M. Suarez.

Quædam ex ∫uppo∫itione Diuinæ promi∫sionis & pacti.

personarũ qualitates. Et hęc ratio redditur in alijs sacræ scripturæ locis, & præsertim. 1. Corinth. 3. vbi Paulus docet, vnumquemque accepturum mercedẽ, iuxta proprium laborem. Et de quo nos supra, cap. 4. dum de distributione ex pacto, & promissione esset sermo.

1. Cor. 3.

Propria ratio dubitandi circa principale quæsitum.

Ex Matth. c. 20.

6 Hanc tamen rationem singularis vrget difficultas scitu dignissima, ex illo loco Matthæi. 20. vbi fit mentio de præmio, & denario diurno, qui redditur laborantibus in vinea, & tamen æquale præmium dicitur dari ijs, qui minus laborauerũt, & ijs qui tulerunt pondus diei, & æstus. Quibus respondisse fertur Pater Familias: *An non licet mihi quod volo facere? Tolle quod tuum est, & vade, & volo huic nouissimo dare, sicut & tibi.* Videtur ergo, in his, quæ ex Iustitia erãt cõferenda, nõ seruari proportionem, & æqualitatẽ distributiuæ Iustitiæ; ac proinde ad aliã ratio-

rationem esse confugiendũ, vt à Deo Acceptionem personarum remoueamus.

7 Propter hoc argumentum Iouinianus, vt testatur D. Hieronymus, libro 2. aduersus eundem asseruit, æqualia esse omnium viatorum merita; quandoquidem iustè vnicuique tribuitur æquale præmium: & sine vlla personarum acceptione. Idem refert Hieronymus epistola. 17. ad Damasum, tomo. 7. Significat D. Pater Augustinus hæres. 82. & Diuus Thomas, opuscul. 19. cap. 6. *Error Iouiniani. D.Hieron. D.Hieron. D.Augu. D.Thom.*

8 Hæc tamen sententia apertè est hæretica, & eam postea sequuti sunt Lutherus, & sequaces, vt referunt, & impugnant Hosius in confessione, cap. 87. Vega, libro. 10. in Tridentinũ, per totum, Magister Soto, de Natura, & gratia, libro. 2. cap. 20. & in. 4. Sententiarum, dist. 49. quæst. 3. artic. 2. & alij. Et quod mirum est Durandus, dist. 49. *Hosius. Vega. M.Soto. M.Duran.*

quæst.2.dicit,hãc sententiam esse probabilem,etsi aliam huic oppositam dicat esse securiorem. *Quid sit fide tenendum.* Fide tamen credẽdũ est,reperiri inæqualitatem in præmio beatorum, quamuis pro denario diurno omnes visionem,& fruitionẽ accipiãt Diuinæ Essentiæ,vt interpretatur Diuus Hieronym. loco citato. 9

D.Hieron. *D.August.* D.P.Augustinus,lib.de sancta virginitate,cap.26.In modo enim participandi Diuinam visionem,*Variæ sunt mansiones in domo Patris*, idest, in Regno cœlesti;licèt in hoc omnes cõueniãt, & dicantur æquales:quilibet enim ex ijs diuinam videt essentiã.De quo omnes Scholastici,in.1.p.D.Thom.quæstio,12.& specialiter M.Suarez, ibi, libro.2.de attributis Dei negatiuis, cap. 19.per totũ.Et M.Salas.1.2.q.5.de adep.beatitud.tract.2.disp.9.sect.1.vbi singulariter errorem confutat,& veritatem probat. *M. Suarez.* *M.Salas.*

Secũdo modo,& quasi in alio extre 10
mo,

mo(mediũ enim solũ tenuere beati)
11 Propter idẽ argum.Iãsen.in Cõcord. Sentẽ, Iãse. & Vazq.
Euãgelica,c.101.& Vazquez.1.p.tom.
1.disp.46.c.3.&.4. affirmãt, in eo loco
nõ fieri mẽtionẽ de diuersis laborãtibus in vinea,& de præmio æquali ipsis
reddito;sed de electis ad gloriã,& reiectis à Regno.Inter quos nõ reperitur
æqualitas præmij, cũ diuersitate laboris.Et probant ex cõclusione Parabolæ.Sic enim terminatur: *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: Multi enim sunt vocati, pauci verô electi.* 1.Argumẽ.
12

13 Probant etiam, quia murmuratio aduersus Patrem familias,locum non habet in electis, & beatis,sed intelligitur à reprobis facta,à Scribis inquam, & Pharisæis, de quibus Lucæ.18.dicitur, *Eijciendos esse à Regno Cælorum*:Vbi & eadem reperitur cõclusio. *Erũt nouissimi primi,& primi nouissimi.*Qua rõe facilè explicat, *Tolle quod* 2.Argumẽ. Lucæ.18.

tuum est,& vade, idest (inquiunt) *Tolle peccatum, quod tuum est, nã licet mihi quod volo facere.* Sic hęc illi explicant Doctores.

Status difficultatis. Sed quoniam communis Sanctorum interpretatio, locum illum explicat, de remuneratione, & præmio Sanctorum, in quo ex parte datur æqualitas, & ex parte quidem alijs videntur præferri. Et quoniam cõtextus literæ, id exposuit. Dicitur enim, datum esse eundem denarium, incipiendo à nouissimis, vsquê ad primos: Et qui prius laborauerũt, & plus se accepturos existimabant, acriter conqueruntur, eò quòd nouissimi pares illis fuerint effecti, eandem accipiẽdo mercedem; aliter oportet difficultati respondere, & tuæ tacitæ interrogationi (quam supplex, vt subtilissimam suscipio) satisfacere. 14

D. Chrysost. expositio prima. Et primò D. Chrysostomus, homi. 65, in Matth. Christi Domini parabolam 15

lam intelligit de singulorum vocatione, & gloriæ retributione. Nam quidã propè senium vocantur, & exiguo tẽpore laborant, & citius pręmium assequuntur: Ita vt admirationem causet, & excitet alijs, qui prius ad diuinã gratiam admissi fuerant, & diuturno tempore in vinea laborauerunt: æquali tamen præmio illis debito, breui tempore digni exhibeantur. Sæpè enim fit, vt aliquis vna hora tantum laboret, quantum aliquis tota die: & ideò æqualem mercedem, eundem denarium, accepturum esse. Eodem planè sensu quo dixerat Sapiens Sapientiæ. 4. *Consummatus in breui expleuit tempora multa.* Ita & Maldonatus exponit, & M. Suarez; lib. 2. de Attributis Dei negatiuis, cap. 20. qui ait, intentionem fuisse Parobolæ, ostendere; non semper præmiũ gloriæ, mensurari antiquitate vocationis, nec diuturnitate laboris: sed habere apud Deum, aliam rationem altio-

Sapien. 4

Maldonat.

M. Suarez.

rē, fundatā in volūtate sua, & dominio, salua tamē semper ratione Iustitiæ, in redditione præmij. Ita habet. n. 12. Et ait esse sanctis Patribus cōsentaneā ex positionē; qui parabolā illā intelligūt, de denario mercedis vitæ æternæ. Ita

D. Nazian. D. P. Aug. Tertul. D. Anselm.

Naziā. oratio. 40. D. P. Augustinus homilia. 59. de verbis Domini. Tertul. li. de Monoga. c. 13. Ansel. & alij plures.

2. Expositio D. Thomæ.

Secundo D. Hieronym. super Matthæum, & lib. 2. citato contra Iouinianum explicat de Vocatione Gentium ad legem Gratiæ, & ad salutem datam per Christum. Nam copiosior vocationis gratia data Gentibus per Christū; posset ad inuidiam excitare quamcūque præteritam Iudæorum vocationem. 16

3. Expositio D. Gregorij

Tertiò, D. Grego. homil. 19. in Euāgelia, & homil. 16. in Ezech. interpretatur, de retributione gloriæ, quæ datur Iustificatis ex Gentibus, & antiquis etiā Patribus iustis. Nam ipsa longa expecta- 17

pectatio beatitudinis, quæ fuerat apud antiquos Patres, quasi murmuratio, & iusta querella intelligitur. Et celeritas tribuendi præmium Iustitis, qui in Ecclesia decedunt, quædam est excellentia, & prælatio, propter quam nouissimè vocati, primi dicũtur. Et quolibet
18 ex ijs modis, tantorum Patrum auctoritate suffultis, sufficienter Parabolæ intentum exponitur. Non enim singula verba oportet verificari, ac in historica narratione; sed secundum quãdam similitudinem, & allusionem: vt est regula D.P. Augustini.

19 Quibus illud Iansenij, & Vazquez soluimus de murmuratione argumentum, ex Patrum interpretatione. Nõ enim veram oportet intelligere murmurationem, sed admirationem quandam, ex eo, quòd nouissimi videãtur præferri. Quod verò ponitur in fine parabolæ: *Erũt nouissimi primi, & primi* no-

Iansenio. & M. Vazq. respondetur

nouissimi, ex maiori gratia & gloria verificantur, quæ datur iustificatis post passionem Christi, aut ex eo quod citius remunerationem accipiat. Illud verò quod additur, *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi*, non reddit causam prioris inæqualitatis. Neque particula, enim (singularis est hæc exposi- 20
tio) sumitur propriè, vt causa, sed solũ est quædam admonitio, vt nullus existimet, ex eo quod fuerit vocatus ad vineam colendam, non posse præmium amittere, nisi diligenter laborauerit. Subditur: *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*

Vera difficultatis resolutio.

Ex hac expositione propositæ diffi 21
cultati, & capitis inscriptioni, Respondeo: Vnicuiquè electo dari præmium, iuxta meritum, & laborem, secundũ proportionem cuiusquè. In quo neq; personas respicit, nequè alias personarum causas: sed id confert in compensationem meriti, siuè dignitatis.

Sed

Sed quantum ad modum conferend. præmium, citius, aut tardius, nouissimos præferri primis. Et murmurationem potuisse habere fundamentum, ex eo quod aliqui minus videntur laborasse, quia minori tempore, & tamē plus meruerunt propter maiorem gratiam.

SECVN-

IN QVIBVS LOCVM HABEAT PERSONARVM ACCEPTIO, & iniusta bonorum Distributio. Vbi de electione ad Ecclesiastica beneficia, & ad sæcularia officia, & de Distributione onerum, & tributorum Reipublicæ erit sermo.

De Distributione bonorum Ecclesiasticorum.

CAPVT I.

Quomodo in Distributione bonorũ Ecclesiasticorum locum habeat personarum Acceptio.



T Ecclesiastica beneficia, & ij, quibus aliqua ratione incumbit ea distribuere: non vero, eo dem-

eodemquè ordine comprehendi possunt. De quibus ne plures adducam, singulariter disserit *M.* Lesius in suo de Iustitia, & iure, lib. 2. cap. 34. dub. 2. per totam. Beneficia enim Ecclesiastica in multiplici sunt differentia. Quædam sunt, quibus est cura animarum annexa, huiusmodi sunt, Summus Pōtificatus, Episcopatus omnes, plures Abbatiæ, & Prioratus, beneficiaq; omnia, quæ vocāt curata. Alia verò sunt, quæ simplicia vocantur, quibus nō est annexa animarum cura, & hęc adhuc differunt: quia quædam sunt seruitoria (vt ita dicam) quædam verô minimè. Seruitoria adhuc duplicia, quia quædam personalem exigunt residentiam: quædam vero per impositā personam inseruiri possunt. Et hæc, licèt in partibus Indiarum non inueniātur, vbi solum beneficia, quibus adiuncta est animarum cura exercentur. Quia in illis partibus, non tàm Episcoporū, & alio-

M. Lessius. 1

Diuersa beneficiorum genera. 2

Quod in partibus Indiarum non sint beneficia simplicia, quæ non exigant residentiam. 3

& aliorum Ecclesiasticorum diuitiæ, quàm animarum fructus, & prouetus inspiciuntur, & curantur à principio. Nihilominus aliquid de ijs discutietur trãscursim, ne videar vtile aliquod ob negligentiã dimmittere. Quod à te (Sapientissime Princeps) possit desiderari.

4 Sicut & beneficia, ita & ij quibus iniunctum est illa conferre, sunt in multiplici differentia. Quibusdam enim conuenit Iure communi, vt Summo Pontifici, in vniuersa Ecclesia. Et Episcopis in suis Diœcessibus.

Quibus, & qua ratione cõueniat, beneficia Ecclesiastica distribuere.

5 Quibusdam verò conuenit Iure Patronatus: & hoc dupliciter. Vel Iure Belli. Qua ratione cõuenit nostro supremo Hispaniarũ (ne dixerim toti⁹ orbis) Regi, & eius successoribus, beneficia conferre in Regno Granatẽsi, & in partib⁹ Indiarũ Occidẽtaliũ. Quia vel proprijs, vel suorũ expẽsis, debellauit, & Mahumethanis, & Indis victis ad Fidem Catholicã, & Ecclesiã reduxit. Vel ratione

priuilegij, qua ratione eisdem Regibus conuenit, Episcopatus conferre omnes, pluresque Abbatias. Quibusdã itẽ 6
conuenit, ratione etiam priuilegij: vel immemorialis consuetudinis. Qua ratione conuenit pluribus Principibus sæcularibus, vt tibi excellẽtissimo Principi Comiti de Lemos, & Andradæ, &
Ducibus de Alua, & Marchionibus de
Mondejar, & alijs pluribus. Est tamen 7
differentia inter illos, quibus conuenit Iure communi; & alios. Quod illi quibus conuenit Iure communi, non tantum conuenit beneficia conferre, sed, & canonicè instituere, & collationem facere. Alijs tantum cõuenit præsentare, vt à Summo Pontifice, & Prælatis canonica fiat institutio.

Quibus præhabitis vt clarius proce 8
datur vlterius, diuersis enim beneficiorum generibus, & diuersis illorũ distributoribus, diuersa, debet ratio Acceptionis personarum attribui. Cõmunis est

Vera capitis resolutio.

In bonis Eccleſiaſticis locum habere Acceptionem perſonarum.

eſt Doctorū ſententia. *In* ijs Eccleſiaſti-
cis bonis, ſi diſtribuātur indebitè verè
& propriè locū habere Acceptionem
9 perſonarum: ita Sanctus Thomas. 2.2.
q.63.art.2. quem omnes eius diſcipuli
ſequuntur, præcipuè. *M*. Valētia. tom.
3.diſ.5.generali.de *I*uſt.& *I*ure.q.7.pū-
cto.2. & Leonardus Leſsius, in ſuo de
*I*uſtit.lib.2.cap.32.dub.2.num.7. & cō-
muniter omnes. Neque contrarium
aſſerit *M*.Soto. cum lib. 3. de *I*uſtit. &
iure.q.vltima.art.2.cum aliquibus Do-
ctoribus ait: in huiuſmodi beneficiorū
diſtributione, magis eſſe attendendam
rationem Commutatiuæ *I*uſtitiæ, qua
10 *P*rælati ſeu Principes (quorum curæ
incumbit) debent populo prouidere,
de idoneis miniſtris, quàm rationē Di-
ſtributiuæ *I*uſtitiæ: & rationem Diſtri-
butiuæ, qua *P*rælati, ſeu Principes te-
nentur dignioribus perſonis potiora
beneficia conferre, habere ſe materiali-
ter ad rationem Cōmutatiuæ Iuſtitiæ,

D. Thomas.
M. Valentia
M. Leſsius.

M. Soto exponitur dum oppoſitū aſſerere videatur.

quæ hic consideratur. Siquidem etiam concedit, interuenire hic Distributiuã Iustitiam, contra quam, delinqui possit peccato Acceptionis personarũ. Illud enim: quod hæc sententia ponit, interuenire etiam actum Cõmutatiuæ Iustitiæ, præcipuè in distributione beneficiorũ; sic debet intelligi. Quod officia 11
spiritualia, quæ ministri habentes beneficia Ecclesiastica impendunt, populo pro stipendio. Dupliciter possint consi 12
derari. Vno modo secundum communem quandam rationem, qua per illa satisfaciunt fideliter ministri populo, prout ex sui officij obligatione (quæ pretio æstimabilis est) tenentur, attenta quantitate stipendij, quod recipiunt. Et sic interpretor, & verum esse existimo, quod ait Magister Soto, secundum Iustitiam Commutatiuam compensari officijs, Ecclesiasticis, illa stipendia; ac proinde eam vel maximè in distributione beneficium esse

Dupliciter beneficia Ecclesiastica considerari. Vnomodo in communi.

attendendam. Altero modo possunt *Alio modo*
23 illa officia considerari in specie, vt *in specie.*
sunt spiritualia, & sic nulla ratione id verum existimo, aut menti Magistri Soto, & aliorum Doctorum consentaneum. Quinimò indubitanter statuo: si ita ea Ecclesiastica officia considerentur, solum actum Iustitiæ Distributiuæ interuenire, in illorum collatione. Nam stipendium decimarum; Vel quodcunque aliud, quod populus ministris spiritualibus decernit: non pertinet, ad Commutatiuam Iustitiam, si considerentur officia Ecclesiastica, vt spiritualia sunt. Ergo nec actio; qua Prælatus personas dignas, quæ rectè possint laborare populo suppeditat, pertinebit ad eam, si ista vt spiritualia considerentur. Etenim si Prælatus, aut populus vellet illi stipendio exequare secundum normam Cōmutatiuę Iustitiæ, ipsam administrationem spiritualē, vt spiritualis est; eo ipso

emeret ad ministrationem spiritualem. Quod esset Symoniacum, nullo enim pretio iustè æstimari possunt spiritualia ministeria.

Obiectio.

Qua obligatione teneantur Prælati dignos præbere ministros. Ministri officia exhibere populus stipẽdia.

Sed si adhuc ex dictis, dictis accutissime opponas. Sineque populus ex iustitia Cõmutatiua, debet illa stipendia ministris, vt ipsi populo officia spiritualia impendunt. Neq; ministri debẽt populo, ex eadẽ Iustitia ea officia, vt sunt spiritualia ministeria. Neq; Prælati, Reges, aut Principes, quibus iniuncta est cura populis suppeditare ministros, tenentur ex Commutatiua Iustitia dignos prouidere, sic illa officia considerando. Si sic inquam est, dices: Vnde nam oritur obligatio, qua ij omnes ad ista suo modo tenentur? Certissimum est enim, esse talem obligationem, considerando etiam illa officia tanquàm spiritualia. 14

Solutio.

Tuæ subtilissimæ non dubitationi, qui omnia accutissimè nosti, sed simulatæ 15

late interrogationi. Respõdeo. Prælati quidẽ, Reges, & Principes, quibus secũdũ id quod dixi, cõmissa est cura, de ministrorũ prouisione, ad id tenẽtur, ex officio, & fidelitate quã debẽt *Deo*, qui eos cõmunitati præposuit, vt ei⁹ bonũ tuerẽtur; iuxta illud *Pauli* 2. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* Et Mat. 24. c. *Fidelis seruus, & prudens, quẽ constituit Dominus super familiam suã vt det illis in tempore, &c.* Ministri ve-
16 rò iam à Prælatis constituti, ministerium id, quatenus est spirituale præstare debent, ex præcepto Domini. Matth. 7. *Quod gratis accepistis gratis date.* Quod quidem præceptum, nõ solũ illos obligat, vt gratis, & sine pretio dent, vt fertur cõmuniter; sed vt dẽt absolutè, quãdo iã ministerij acceperũt autoritatẽ, atq; adeo vt dẽt, ex pia quadã liberalitate. Ad quã spectat, gratis beneficiũ impẽdere. Cui⁹ loci singu

Prælatos ad rectam distributionẽ, ex Fidelitate teneri.

2. Cor. 4.

Mat. 24.

Ministros teneri ex præcepto Domini.

Mat 7.

Populū, teneri ex Iustitia Commutatiua uno modo. Et alio ex gratitudine.

laris expositio est. Subditi autem respi- 17
ciendo quidem ad officia ministrorū, considerata, vt fideliter, & sufficienter à ministris fuerint impensa, sicut iſ ex officio debent; alere eos tenentur ex *I*ustitia *C*ommutatiua, vt supra diximus, ex sententia Magistri Soto, & aliorum. Si autem considerentur ministrorum officia, quatenus spiritualia: alere etiam eos tenentur subditi, iuxta consuetudinem Ecclesiarum, ex virtute Gratitudinis, de qua agit Diuus

D. Thomas.

Thomas. 2. 2. quæst. 106. Quæ quidem virtus illos obligat, vt ea contributione spiritualia beneficia compensent. Quibus à ministris afficiuntur, iuxta illud Apostoli. *Si spiritualia vobis seminamus, magnum est, si carnalia vestra metamus?* Quæ quidem, notatu digna

1. Cor. 9.

Argumentū difficile.

sunt, pro hac materia. Vnum tamen su 18
perest dictis oppositum, illudquè grauissimum argumentum, tua dignum subtilitate, & ingenij acumine, ac rerū

non

non vulgari notitia. Cum adhuc etiam ſi miniſtrorum officia, vt ſpiritualia conſiderentur; in eis Iuſtitia Commutatiua debeat obſeruari, non Diſtributiua. Ac conſequenter in eis acceptio perſonarum (quã ſolum diſtributiuæ opponi aſſeruimus) non committitur.
19 Et hoc ex eo probatur. Quia huiuſmodi Eccleſiaſtica beneficia ſunt quędam ſtipendia, quæ populus contributione decimarum, miniſtris laborantibus aſſignat; non propter dignitatem eorũ: ſed pro eorum labore. Ergo ſecũdum Iuſtitiam Commutatiuam, Gubernatores Eccleſiæ, quicunq; illi fuerint (ad quos, vel ex officio, Iure cõmuni impoſito, vel ex priuilegio, Iure belli, vel alias conceſſo, pertinet proſpicere populo, vt idoneis, iuſtiſq; officijs cõpenſentur huiuſmodi ſtipendia a populo decreta) debet populo idoneas perſonas Eccleſiaſticas præficere, quæ iuſtè ſuo labore illa ſtipendia mereantur.

Hęc consequentia ex eo constat. Quia 20
quod pro labore datur secundum *Iu*stitiam Commutatiuam, debet conferri. *V*t cum aliquis Mercenarius conducitur. Antecedens verò, Quod beneficia *E*cclesiastica sint quædam stipendia pro labore ministrorum; non leuibus sacræ Scripturæ testimonijs, nec quomodocunque manifestis, ostēditur. *E*x veteri testamento. Nume-
Numer. 18. rorum. *18. Filijs Leui (inquit Deus)* 21
dedi omnes decimas pro ministerio, quod seruiunt mihi in Tabernaculo fœderis. *Æ*t paulo inferius, subditur de decimis. *Quia pretium est pro ministerio quo seruitis in Tabernaculo testimonij.* *I*tem in Nouo testamento. Christus Lu-
Lucæ.10. cę.10. mittens discipulos in Orbem, tāquā operarios. *In eadem (inquit) domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. M*erces autem per *I*ustitiam cō-
1.Cor. 9. mutatiuam redditur. *E*t Paulus. 1. Cor.

9.in eãdem sententiam asserit. *Neminẽ suis stipendijs militare vnquã.* Citatq; illud *D*eut.25.Nõ alligabis os bobi triturãti,& ait,propter nos fuisse illud scriptum. Vnde subdit. *Si nos vobis spiritualia seminamus, magnũ est, si nos carnalia vestra metamus?* Et. 1. Tim. 5. *Qui benè præsunt Præsbyteri, duplici honore digni sunt.* Vbi notare oportet, nõ dixisse, qui sunt boni Præsbyteri; sed qui benè pręsunt, vt intelligeremus stipendia hæc esse laboris, nõ ornamenta personarũ, quantumuis bonarũ. Et huc etiã accedit axioma illud celebre *I*uris canonici, in cap. fin. extra de rescriptis. in. 6. *Beneficium non datur, nisi propter officiũ.* Nonnè hæc sunt manifesta (dices literatissime Princeps) vt in distributione beneficiorum, nõ *D*istributiua, sed cõmutatiua seruetur Iustitia, & in eorum iniusta collatione, non acceptio personarum committatur.

Deut. 25.

1. Tim. 5.

Cap. fin. de rescrip. in. 6.

27 Sed tamen tuo, & accutissimo, *Argumenti solutio.*

&

& grauiſsimo argumento, breuiter ſi licet. Reſpondeo. Illud, & ſacræ Scripturæ teſtimonia quibus efficaciter confirmari videtur, ſolum probare. Quod Prælati, Reges, aut Principes, in diſtributione, debeant, inſpiciendo dignitatem perſonæ, etiam ad miniſteria reſpicere, quæ nimirum præſtare tenẽtur ij, quibus Superiores conferunt ius reſcipiendi huiuſmodi ſtipendia; ac propterea, quòd dignitas perſonarum in propoſito debet eſſe talis; quæ in adminiſtratione ſpirituali conferat, ad bonum commune. *Et* ideo ad potiora miniſteria maior dignitas perſonæ requiritur. Non vero probant illa ſacræ Scripturæ loca, Superiores debere conferre beneficia, ſeu *I*us reſcipiendi ſtipendia immediatè, pro adminiſtratione ſpirituali, vt ſpirituali, tanquàm ex *I*uſtitia Commutatiua. Præ- 23
terquàmquòd nõ eadem eſt ratio cõſideranda, in ſuperioribus de miniſtris proui-

prouidentibus, ac in populis decimas, & stipendia conferentibus. Superiores enim, cum gerant totius communitatis personã; debent ex *Iustitia Distributiua*, illa beneficia, seu iura rescipiẽdi stipendia distribuere: vtpotè, quę sunt bona quædam communitatis dispensanda per illos: Supposita necessitate administrationis spiritualis in Ecclesijs. Et ideò debent in ea distributione attendere immediatè dignitates personarũ, quas per se respicit *Distributiua Iustitia*. At verò populi, aut singulo-
24 rum hominum decimas contribuentium munus non est, suam partem, quam quisque contribuit, tanquam bonum communitatis, ex *Iustitia* distribuere: siquidem illud, quod populus contribuit, non est bonum communitatis, sed bonum determinatum singulorum. Ac proindè potest populus tantummodo respicere ad beneficium spiritualis

administrationis quod compensat, vt colligitur ex allegatis sacræ Scripturæ locis. Neque ipse debet per se, ad digni tatem personarum attendere, cum nō incumbat illi ex officio obligatio *I*ustitiæ *D*istributiuæ. *B*ene tamen Prælatis, & superioribus. 13

DE ELECTIONE Indigni.

CAPVT II.

Sit ne mortale peccatum adquodcumq; beneficium Ecclesiasticum, Indignum eligere.


NON facilè est indignitatē cuiusque, ad *E*cclesiastica beneficia colligere: sicut neque dignitatem, vt alijs præferatur aduertere. Quia tamē hoc, &

& illud ad aliquas speciales conditiones reducemus inferius. Nunc solum in communi inquirimus, de electione indigni, sic à Distributoribus cogniti.

1 Vel quia sciẽtia, Prudentia, Viribus corporalibus, ad gubernationẽ officij necessarijs, debita diligentia, ad rectã sui muneris administrationem consentanea, morum probitate, caruerit. Commune est omnium Doctorum Iudicium, Quod conferre beneficium indigno est mortale peccatum. Ita omnes Theologi, cum Diuo Thoma. 2.2. quæst. 63. artic. 2. quos citat M. Soto. de Iustitia. & iure. libr. 3. quæst. 6. artic. 2. §. Nona conclusio, & est omniũ vnus animus, & consensus. Similiter, & Iurisperiti idem indiscriminatim affirmant Fredericus de Senis, consilio. 90. Antonius de Butrio in cap. constitutis, numer. 3. de Appella. Vbi Abbas, num. 7. & 8. Decius, nume. 5. Gometius, in cap. vt animarũ, de constitutionibus, libro. 6.

2 (margin)

Communis sententia. Beneficium indigno conferre: esse mortale.

D. Thomas. M. Soto.

Frederi. de Senis. Anton. de Butrio. Abbas. Decius. Gometius.

Cæsar. Lābert. bro.*6*.num.*22*.Cæsar Lamberthinus, de *I*urę patronatus.libr.2.part.1.quæst. *Couarruu.* *1*0.artic.3.Couarruu.in Regula Pecca tum de Regulis *I*uris.lib.*6*.2.part.§.*2*. *D.Anton.de Padilla.* numer.*4*.D.*A*ntonius de Padilla, in.l. cum quidam.ff.delegatis secundo, nu *Molina de Primogen.* mer.*19*.Ludouicus *M*olina,de *H*ispano. Primogenijs. libr.*2*. cap.5. numer. *46*.&.*50*. *E*t citra Controuersiam esse communis testatur schola, ex cap. *Cap. Graue nimis, de Præbendis.* Graue nimis, de Præbendis,ex Concilio Latheranensi,desumpto sub Innocentio Tertio. cap.*30*. Vbi *I*nnocentius,ita ait. *Graue nimis,& absurdum est, quod quidam Ecclesiarum* Prælati, *cum possint ad Ecclesiastica beneficia,* 3 *viros idoneos promouere, assumere non verentur indignos. Quibus, neque morum honestas, neque literarum scientia suffragatur. Cui morbo mederi volentes. Præcipimus, vt indignis prætermissis, ideoneos assumāt, qui Deo,& Ecclesijs, gratum valeant famulatum impendere.*

Vbi

4 Vbi aduertas oportet, verbũ, *Præcipimus*, quod ex vi suę significationis, sub mortali obligat, & sub mortali præcipit obseruari, vt est regula assignata à Clemente. 5. in Clementina, Exiui de Paradisso, de Verborum significatione. *E*t rectê admonent Ioannes *M*edina, cap. de Ieiunio, q. 7. & Alphõsus de *C*astro, lib. 1. de lege pœnali, cap. 4. documento. 4. Syluester verbo, *P*ræceptum, q. 2. Armila eod. titulo, nume. 7. Nauar. in Summa, cap. 23. num. 30. & sequentibus, & Couarruuias in Regula peccatum, 2. parte. § . 15. num. 2. & 3. Qui omnes constanter, communiquè asseueratione determinant. Quid quid statuitur per verbum præcepti, aut inhibitionis, vel æquipollentis prę cepto, in constitutione positum, obligare ad mortale: maximè, si materia talis pręcepti fuerit grauis, & sufficiẽs, vt inde ad mortale posit esse obligatio, ita M. Vazq. 1. 2. to. 2. disp. 158. c. 3. & 6.

Quæ sit vis illius verbi, Præcipimus Etqua ratione obliget sub mortali.

Clemens. 5. in Cle. Exiui de.

Ioan. Medina, Alphon. de Castro.

Syluester.

Armila.

Nauar.

Couar.

M. Vazq.

Quæ sit regula cognoscendi obligationem, ad mortale in aliqua constitutione.

Et cum hæc materia grauissima sit, ex qua damnum, vel commodum, in spiritualibꝰ, vel spiritualibus annexis sub oriatur. Inde colligi necesse est, verbū illud, *Præcipimus*, in hac materia, ad mortale, transgressorem adstringere, & obligare. Ait enim: *Præcipimus, vt indignis prætermissis, idoneos assumāt.* Vox enim, *Præcipimus*, ita denotat pręceptū, vt ad veniale, & mortale, prout materia ipsa exposcit, obligare possit. Quare tanquam vera regula cognos- 5
cendi obligationem ad mortale, præ oculis habēda est. Grauitas scilicet, & vtilitas eius, quod præcipitur. Prædicta autem verba solùm attendenda sunt, vt cognoscamus, vtrum constitutio vim habeat præcepti obligantis in cōscientia, an simplicis solùm constitutionis. At materiæ quæ præcipitur grauitas, & vtilitas, tantæ considerationis est, vt non pendeat ex volūtate legislatoris, ad mortalē, aut venialem culpam obli-

obligare, posito semel precepto: sed ex ipsa materiæ grauitate, vel leuitate respectu finis, cuius gratia præcipitur, culpa venialis, vel mortalis, iudicanda sit. In hac autem Innocentij constitutione, & materie grauitas, & ius verbi, *Præcipimus*, ad mortale denotant, obligare; si cum possint electores ad beneficia Ecclesiastica viros idoneos promouere, assumere non vereantur indignos.

9 Quod, & ratione non leui, etiam si ad rem ita manifestam nō necessaria, ad maiorem tamen veritatis illustrationem idonea; potest comprobari. Quia qui cōfert beneficium indigno, digno, aut digniori posthabito, contra iustitiam commutatiuam, & distributiuā, & fidelitatem, in materia graui delinquit: Ergo peccat mortaliter. Prima propositio assumpta, quæ dicitur antecedens, constat. Et primò contra iustitiam commutatiuam: Quia Ecclesia habet

Ratione idē ostenditur manifestē.

habet ſtipẽdiũ cõſtitutũ pro miniſtris, inter quos ſtipẽdiũ, & ordo Iuſtitię poſtulat, vt idone' pro Eccleſia deputet': Ergo deputãdo illi miniſtrũ, nõ idoneũ, Iuſtitia lęditur cõmutatiua. Et qui ita facit, ad reſtitutionẽ adſtringit', vt dicemus infra. Peccat enim cõtra diſtributiuã, quoniã eſt acceptio perſonę in

D. Thomas. materia graui, vt optimè D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 2. Et cõtra fidelitatẽ etiã operat': Quia cũ ſibi fuerit cõmiſſũ, de idoneis prouidere miniſtris pro Eccleſijs, infi-

1. Tim. 5. delis eſt, *Et infideli deterior* (ait Paul. 1. Timot. 5. qui rẽ ſibi cõmiſſã, & creditã, turpi diſpenſatione neceſſaria vtilitate defraudat. Et Chriſto Dño, ſummo Regi, & Paſtori bono, qui doctrina ſaluberrima, ſtudiõſis morib', vitæ integritate, ſuas oues à Paſtoribus gubernari intẽdit, & quaſi teneros agnos ab ipſis paſci, tueri, defendi, ac erudiri procurat, dum horũ omniũ expertibus, & lupibus potius rapacibus, puſillum gregem committit, non alendum, ſed

debo

deborandum, Deo ipsi videtur exosus, & infidelis.

CAPVT III.

Debeat ne huiusmodi electio indigni, semper inualida iudicari?

1 ELectionem inualidam appellare, duplici modo consueuere Doctores. Primò, quia ipso iure est nulla, & irrita, nequè tribuit titulum verum; nequè apparentem. Secundo modo, quia licet factum teneat, & electio titulum tribuat; debet tamen reuocari iuridicè, & annullari. Et hoc secundo modo debet intelligi illud Diui Thomæ. 2. 2. quæst. 63. artic. 2. ad 3. asserentis: *Electionem digni, prætermisso digniori, validam esse, ita vt irritari non debeat.* Et nunc eodem modo loquar de Electione indigni, dum in capitis inscriptione disserendum inquiro;

Dupliciter electio appellatur inualida.

D. Thomas.

ro; debet nè huiusmodi electio inualida iudicari.

Quæ electio sit nulla ipso iure. Syluest.

2 De electione autem, quæ nulla est ipso iure propter incapacitatem subiecti, vel propter canonicum impedimẽtum acutissimè disserũt Syluester, ver. Electio. 1. num. 15. Cardina. Toletus, lib. 5. suæ Summæ, cap. 79. Nauarro, capit. Si quando, de rescriptis, exceptione 12. & sequentibus. Et solum aduertas oportet, Quod idem Nauarro explicat exceptione. 16. & 17. inter alia impedimenta, quæ solent annumerari, quibus annullatur electio, computari à Panormitano, cap. Sicut nostris, de iure iurando, mortale peccatum. Et ab alijs Doctoribus, Ignorantiam, aut defectum scientiæ. Nam cap. Illiteratos, 36. dist. dicitur, illiteratos, non esse aptos diuinis officijs. Vtrunquè autem debet limitari secundum Ecclesiæ consuetudinem; & Innocentij sententiam, capite, Cum in cunctis, de Electione, Vt non 3

Toletus. Nauarro

Panormita: Mortale peccatum, & ignorantiã annullare electionem, cap. Illiteratos, 36. dist. Limitatio huius asserti, quód non quodcũque peccatum. Innocentius

non quodcunquè mortale peccatum, vt cap. subsequenti dicemus. Neque quæcũque ignorantia, electionem annullet; sed solùm mortale peccatum, quod irregularitatem inducit, aut suspensionem, vel infamiam, de iure, vel de facto sciens, & aduertens. Vt habetur etiam cap. Si celebrat, de clerico excommunicato, & cap. *M*iror, 40. distin. Quia cum ipso iure esset inhabilis, vt ipsum beneficium recipiat, sufficiẽtem titulum beneficij non acquirit, ac per consequens, neque legitimam eius possessionem. Neque fit dominus fructuum beneficij, si aliunde electionem rectificare non potest, ex consensu Summi Pontificis. Dixi, Sciens, & aduertens. Quia fieri potest, quòd

4 inuincibili ignorantia excusetur. *E*t idem quod de recipiente dicimus, de conferente etiam beneficium, dicendum putes: si sciens conferat, & aduertens. *E*t vt ignorantia, & scien-

Cap. si celebrat, de clerico excommunicato.
Cap. Miror. 40. dist.

Quæ ignorãtia ipso iure annullet electionem.

& scientię defectum, reddat irritam electionem, illa esse debet; qua penitus aliquis dicitur barbarus, aut illiteratus, qui nequè legere, aut scribere nouerit: aut licèt aliquid sciat, nulla sit spes perueniendi ad sufficientem scientiam, & necessariam. Si autem exiguam scientiam habuerit, cum spe perueniendi ad doctrinam necessariam, non est ipso iure electio eius, licèt iniusta, inualida.

Electionẽ, quæ non est irrita ipso iure, factã tamẽ cũ defectu bonitatis, aut scientiæ, debere inualidã iudicari

Panormita. Concil. Tri.

Hic autem dè defectu bonitatis, aut scientiæ, quo ipso iure non annullatur Electio, sermonẽ instituo. Debeat nè scilicet iuridicè reuocari. Cui communi Doctorum assertione, Respondeo. Talem Electionem indigni, digno prętermisso, non esse firmam, & validam, sed debere inualidam iudicari, & iuridicè annullari. Et licet ante Tridentinum Concilium valida erat (quidquid voluerit Panormitanus ad cap. Qualiter, de Electione) vt colligitur ex sessione. 21. cap. 6. Licet posset rescindi, iuxta 6

cap.

caput vltimum, de ætate, & qualitate ordinandorum; post eius verô promulgationem debet irritari, si fiat: & inualida iudicari: Vt habetur sessione. 7. cap. 3: Et nisi seruetur forma ibi præscripta sessione. 24. cap. 28. Omnes huiusmodi prouisiones subrreptitiæ censentur, cap. 4. sessione. 22.

Ratione ostenditur idē assertum.

Et hoc à contrario sensu debet ef-
7 ficaciter ostendi. Quia electio digni, etiā si dignior prætermittatur: ex eo in iure decernitur, non esse reuocandam: ne litibus, & dissensionibus frequēter detur occasio. Et cum hoc in Electione indigni locum non habeat, admittitur iuridicè actio, ad reuocandam electionem indigni.

Deinde, quia cum indignus eligi-
8 tur, manifesta committitur iniustitia, vt capite præcedenti ostendimus: Ergo si iuridicè aliquis petat talis iniustitiæ reparationē, audiri debet: & si probauerit, esse indignum electum, an-

 nul-

nullanda est eius electio.

Primum colligitur advertendum de peccato.

Ex quibus aliqua aduertenda veniunt. Primò, quantum ad iuridicam annullationem electionis requiri, vt peccatum publicum sit enorme, & de quo iuridicè constare posset, de quo inferius, cap. sequenti. 9

Secundum si indignus efficiatur dignus per scientiam, & probitatem, firma manet electio. Nnuarro Eman. Rod.

Secundò colligitur adnotandum, Quòd si ille, qui erat indignus, & insufficiens; antequam annulletur electio, dignus efficiatur, literas addiscendo, aut peccatum illud publicum, & enorme deserendo; firma manet eius electio. Quod quidem extendunt Nauarro loco cita. Et Emanuel Rodriguez, etiam si electio fuisset nulla propter insufficientiam, asserunt enim resurgere, & reuiuiscere ex sufficientia acquisita, & ex tacita voluntate electorum. quod pro vtriusque partis pace debet aduerti. 10

Tertium. Quid agendum, si dignus electus ob aliquam causam superuenientē indignus, vel incapax reddatur.

Tertiò colligitur, Quid sit dicendū, quādo post electionē validā, alicuius digni 11

digni contingit ex superuenienti causa, indignū fieri, vel ineptū: aut quia litera nō obliuiscitur: aut quia inegritudinē incidit, vt vel absolutê, vel cōmodè nō posit subditis doctrinā & sacramenta ministrare. Nam in ijs, & similibus casibus DD. affirmant, non esse annullandam eius electionē: neq; propterea eum beneficij, aut Episcopatus titulo priuandū, vt ait Leonar. Lessius in suo de Iust. & iure, lib. 2. c. 34. dubit. 25. num. 130. §. notādum. Et in concil. Triden. sess. 21. c. 6. apertè decernitur, quid sit agendum. Nam imperitis, & illiteratis decernitur, debere dari coad-
12 iutorem, congrua portione ex beneficij, aut Episcopatus fructibus assignata: quod ob ęgritudinē irreparabilē, vel omnimodā cæcitatē, quā totalē priuationem vocamus; idē faciendū fore cēseatur. Vt de facto, tu Christianissi-
13 me Princeps, ijs, & alijs edoctus, conscientia timidus, quod alij tui prædecessores

Leo. Lessius

Concil. Tri.

Quando debeat de coadiutaribus prouideri

Quid factũ fuerit in Episcopatu tlaxcalensi in noua Hispania & quo iure

sores, & si doctissimi Præsides, vel noluerunt, vel non aduerterunt, vel ob alias altissimas causas dimisserũt; in Episcopatu Tlaxcalensi in noua Hispania fecisti: Dum de literatissimo, probatissimo, benignissimo, omniumquè virtutum agmine cumulatissimo coadiutore, D. scilicet, Ildephõso de la Mota,

D. Ildephonsus de la Mota Mexicanus Episcopus Tlaxcalensis.

Mexicano (quem amoris gratia, & totius illius Regni honoris nomino) prouidisti pro Episcopo, etsi dignissimo, 14
& non minus quàm necesse erat, literarum, & virtutum acie decorato, cæco tamen ob diuturnam ægritudinẽ, & ob id ad Episcopatum diu iam inepto. Perpetuò viuas, qui perpetuò curas, illius noui Orbis perpetuitatem, commodam, dignam & securam Ecclesiasticam, & temporalem illi præstando custodiam, & protectionem.

Vltimũ, quales esse debeant.

Vltimò colligitur aduertendum. 15
Et huic animaduesioni, vellem te pijssime Princeps beneuolum, & attentũ,

pro

pro totius illius Noui Indiarum Orbis spirituali, & necessaria gubernatione. Quod quæcunq; diximus de Electione indigni, vel insufficientis, verificari in eo, qui eligitur ad curam animarũ, in Episcopatum inter Indos. Vbi illos indignos debere iudicari, vt talis eis cura cõmittat' absq; vlla tergiuersatione, & pia (ne dixerim iniqua) interpretatione, existimo. Qui Indorũ idioma, & linguã ignorãt; in aliquibus precipuè illorũ Regnorũ partibus: vbi Episcopi immediatè per suã assistẽtiã, & eos debẽt erudire, sanã doctrinã edocere, & verbo, & prædicatione, & assidua cũ illis cõmunicatione ad rectè viuendũ allicere, quod & Patris, & Pastoris est munus. Et hac cura, solicitudine, & administratione, illi Indi, qui vt paruuli in fi

16 de lactari debẽt, opus habẽt. Et hoc nõ ad meli' solũ, necessariũ puto, sed simpliciter: quia in illis Regnis idioma est singulare. Et Indi Episcopũ nõ solũ vt

Illius Noui Orbis Episcopi, & qui ad huiusmodi munera debeant indigni indicari

Præ-

Prælatum venerantur, sed vt patrē diligunt, & suspiciunt, vt in suis laboribus, afflictionibus, & contumelijs (quarū pondus grauissimum est) consolatorē & adiutorem inueniant. At si illorum linguā ignoret: si mores, & conditiones non agnoscat, quomodo eis miserebitur, & opportunum pręstabit eorum necessitati remedium? Et ille in omnium sentētia est indignus, qui careat qualitate omnino necessaria, ad doctrinam tradendam, & ad Sacramētū Pœnitētiæ ministrandū, c. Illiteratos 36. dist. c. Nisi cū pridē, de Renuncia. c. 1. 38. dist. c. Cum ex eo, de Electione, in. 6. Quare, si prætermisso linguæ Indicę perito, & alias idoneo, vel quia inter ipsos nato, vel quia cū ipsis diù exercitato, qui ignorat linguā, eligatur, & mortaliter peccant electores, & cōtra pietatem (liceat mihi in huiusmodi rebus experto, & oculato testi, ita loqui) & contra pietatem illis paruulis debitam 17.

Cap. Illiteratos. 36. d. c. nisi cū pridem. de renūciatione, c. 1 38. dist. ca. Cum ex eo. de Electio. in. 6.

tam faciunt. Cum vt de Pastoribus pro uidere debeant, de *I*dolis potiùs proui dere videãtur, Quos illę miserri mæ cõ ditionis gentes, potiùs timeant, quàm diligant. Et ipsis non tanquam Recto ribus morum, sed tanqnam rerum do minatoribus seruiant. *D*e quibus illud Zachariæ. 11. dictũ existimo: *O Pastor,* *Zacha.* 11.
18 *& Idolum. O Pastor,* quasi dicat. Qui præter figurã nihil habes *P*astoris. Qui non regis, sed peruertis populum. Qui Pastor videri, & vocari cupis, cùm sis certissima pecorũ pernicies: Cum sis etiam *I*dolum, idest, adorari ab eis velis, vt *I*dolum: *E*t pecorum sanguinẽ, vt tibi in sacrificium offeratur, inquiris. Qui electus es Pastor, vt gregẽ pascas: *E*t factus es *I*dolum, vt ab eis pascaris. De quo illud *E*zechielis. 34. *Væ Pastoribus, qui pascebant semetipsos, non nê greges à Pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quôd crassum erat, occidebatis, gregem* *Ezech.* 34.

autem

autem meum non pascebatis. Quibus illorum Episcoporum depingitur vera conditio, qui sine debita dignitatis qualitate, *ad illarum Ecclesiarum regimen, onus quidem Angelicis humeris formidandum*, fuerint assumpti (ne mihi imputetur ad culpam, quod miseratione cõmotus dixerim reparandum.) Et si Væ illis minatur Propheta, Væ etiam minari debet eis, qui illis, si sic iudicẽt

Trid. sess. 6. c. 6.

indigni, huiusmodi animarũ salutẽ cõ- 19
misserint obseruãdã. *E*t nõ solũ peccãt mortaliter qui illos sic eligũt, sed tenentur eorũ electionẽ inualidã iudicare, Vt de dignis, & idoneis ministris prouideatur: de quibus dici queat, quod de Christo Pastore bono, secundũ Theodoreti expositionẽ, quam recipit, & cõprobat Ribera. Dixerat Zacharias. *11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus. Et* Pasto-

Non solũ peccare mortaliter qui eos eligunt, sed teneri, eorum electionẽ inualidã iudicare.

Zachar. 11
Theodoret.
D. Ribe. ibi.

Paſtores eorũ, non parcebant eis. Epiſcopos alloquor, Chriſti *D*omini perſonã agentes, pro illis *I*ndiarũ partibus, aſſumptos, & eo miſſos. *Paſce pecora oc-*
20 *ciſionis.* Hoc eſt, Rege, & guberna conſilio tuo, homines illos, *I*ndos, ſcilicet, certo interitui deſtinatos, ob iniurias cõtinuas hominũ, acerbiſsimas ab *Hi-*
21 ſpanis contumelias acceptas; interitui deſtinatos, ad metalla, ſub terrarum cabernis effodienda, ad terras, vt captiuos, diuiſos, elaborandas. Quod Hiſpane, ibi, *Repartidos.* Ad onera equis ipſis intollerabilia portanda, ad tributa ſuis facultatibus imparia tribuenda. *I*nteritui deſtinatos. *Pecora occiſionis, paſce. Quæ qui poſſederant occidebant.* Hæc pecora, poſſidebant *H*iſpani (vereor ita loqui, & doleo hoc eſſe verum quod loquor) crudeles, & quaſi Tyranni, qui cum eſſent, vel eſsẽt deberẽt, eorũ. Paſtores, &
22 Gubernatores, minimè eorũ ſaluti, &

Locus hic & ſi de Indis ad literam non intelligatur, eis tamen germaniſsimè accommodatur.

Minas.

Labores de tierras.

Repartimiẽtos.

Cargas a ſus proprios hõbros.

Tributos.

I cuſtodiæ

custodiæ inuigilabāt. Sed potius: *Occidebant*. Hoc est, eorū bona in suos vsus, & emolumentū conuertebant, de suis tantum diuitijs cogitantes, qui constituti ad gubernandum populum. Iustitiaq; dirigendum, ipsi dominati sunt in eos, quasi in oues occisionis. Et ijs publicus est inimicus, cui hæc in manis gubernatio (ne dixerim dominatio) displicet. Et qui eam, aut verbo mutare, aut digito auferre tentauerit; eum libera illa hominum, multitudo auertit ab auribus, euertit à sensibus, aufert à viuētibus, dicentes. *Benedictus Dominus diuites facti sumus*. Ac si Deus concederet ex iniquitate ditari. Tu verò ô Pastor, ô Pater (Episcopum Propheta cōpellat) pasce hæc pecora. Igitur qui Episcopus institui debet sic esse necessarium est, pro illis partibus, à suo supremo Pastore se motio, qui Indorum linguam, non ignoret, qui mores, & conditiones eorum agnoscat. *Vt pascat hæc* 22.

pecora occisionis. Vt cum eis viuat, eis communicet, pro eis militet, eis medeatur, & eorum afflictionibus continua miseratione prouideat, & si opus fuerit vt bonus Pastor, animam suam ponat pro eis. Sentio me modum destinatæ breuitatis ægressum, dum me loquentē, de Regno illo, propria, & amica Patria dulcedo, & miseratio tenuit.

CAPVT IIII.

Sit ne semper mortale peccatum, in mortali existentem, & iniustum eligere, ad Ecclesiasticum beneficium, & qui eligitur acceptare?



1 LICET omnes concedant semper esse mortale indignum, & insufficientem, quoad scientiam eligere de insuffi-

cientia quantum ad morum probitatẽ, non vnus est animus, neq; vna omniũ sententia, sicut neque vna est ratio peccati, & morum improbitas. Propter quod singularem hic, tibi supplex doctrinam offero, summo studio elaboratam, piam, & magis ad electorũ, & eligentium securitatem accommodatam, & licet aliquo modo contra cõmunem appareat, eius tamẽ veritas lucæ clarior pugnat pro se. Attenta tamẽ est consideratione pensanda. Grauissima enim disceptatio est, & pro tuę cõsciẽtiæ pace, & quiete necessaria, quàm ijs propositionibus resolutoriè comprehendo.

Existentem in peccato quod irregularitatẽ, vel aliã inhabilitatẽ inducat eligere, & est peccatũ mortale, & electio est nulla.

2 Qui est in mortali peccato, propter quod irregularitatẽ incurrit; Quale est homicidiũ, vel aliã similẽ inhabilitatẽ ad beneficiũ obtinẽdũ, si recipiat antequã pœniteat, & ab illa absoluatur, nõ tantũ mortaliter peccat, si sciẽs faciat, & aduertẽs; sed etiã collatio est nulla, &

& tenetur qui recipit beneficiũ, seu Episcopatũ dimittere, si aliunde collationẽ rectificare non potest, vt cap. praecedẽti diximus. Ex cap. cũ in cunctis, de electione, & cap. si celebrat, de clerico excõmunicato, & cap. miror. 40. dist. & cap. inter dilectos, de excessibus prelatorũ. Ita Nauar. cap. 25. in Sum. n. 251. & in c. si quando, excepti. 16. & 17. & Leon. Les. de Iustit. & iure, lib. 2. c. 34. dub. 23. n. 125. & 126. & c. 22. & idẽ cẽsendũ fore insinuabim⁹ quod de recipiente, etiã de conferente beneficium.

Cap. cũ in cũctis, de electione. cap. si celebrat. ca. miror. 40. dist. c. inter dilectos. Nauarro. M. Lessius.

3 Qui verò est in peccato mortali enormi, Notorio, & depositione digno, si beneficiũ, aut Episcopatũ recipiat, antequã poeniteat, mortaliter peccat. Quia est irregularis. Ex. cap. fin. de temporibus ordinandorum. Ex eo dixi, *enorme*, quia si tale non sit, etiam si notorium extiterit irregularitatem nõ

Electus in mortali enormi, Notorio, &c. mortaliter peccat. Cap. finali. Quid sit Enorme.

4 inducit, est autem, *Enorme peccatum*, vnum ex ijs, quae in dicto, cap. referũtur.

tur. Vt Homicidium, Adulterium, *Per*iurium, &c. Dixi etiam. *Notorio.* Quia 5

Quid Notorium.

peccatũ quamuis enorme, si nõ sit notorium, irregularitatem non inducit, Homicidio excepto: vt constat, ex d.c. & ca. *E*x tenore eodem tit. & ca. Ij qui de sententia excommunicationis, libr. 6. in quo habetur. *Nullum peccatum irregularitatẽ inducere, de quo non sit statutum in iure, quod talem habeat effectũ.*

Cap. ex tenore, cap. ij qui de sẽtẽtia. li. 6.

*E*st autem peccatum, *Notorium*, vt cõstat, ex cap. finali, de cohabitatione clericorum, & mulierũ. Quod est notoriũ, vel per sententiam *I*udicis, quæ trãsiuit in rem iudicatam, Vel per publicam confessionem factam in iudicio, vel per rei euidentiam. *E*st autem rei 6 euidentia, quæ nulla tergiuersatione celari potest. Vt si quis publicè inhonestè viueret. *V*t constat, ex cap. Vestra, de cohabitatione Clericorum, & Glossa eiusdem, quæ latè explicat quid sit Notorium, de quo Nauarro, in Summa

Cap. fina. de cohabitatione, &c.

Quid sit rei euidentia.

Cap. Vestra, de cohabitatione cleric. & mul.

Nauarro.

ma Latina, cap.25.nu.73. & cap. 73.n. 248. & elegantissimè, vt moris habet. Cardinalis Toletus in Summa. lib. 1.c. 68. per totum. Nobis enim nõ licet in omnib⁹ diutius immorari. Ex quo fit, vt ibidem optimè Nauarro Peccatum probabile, vel de quo fama habetur. vel extra Iudicium confessum, non esse sufficiens, vt notorium dicatur, etiã si publicum sit, vel famosum: quia non ex euidentia facti, & ex autore certo, & alijs procedit, Notoriũ non est, de quo Toletus ibi, ex Panormitano, & Glossa, cap. vestra, de cohabitatione clericorũ, & mulierũ. Vbi copiosè de hoc agunt.

Card. Tolet.

Nauarro.

Card. Tolet.

Panorm. & Gloss cap. vestra, &c.

7 Dixi etiã, *Depositione digno.* Quia si nõ ita sit, irregularẽ nõ facit. Quidquid di-
8 cat Hosti. c. Cũ ex teno. de tẽp. ordinã. & c. Nisi cum pridem, de renunciatione, quem quidã sequũtur, peccatũ omne enorme irregularitatẽ inducere, etiã si occultũ sit, quod verũ nõ est, cũ nõ habeatur in iure talis irregularitas. Vnde

Quid sit depositione Dignum.

Non admittitur senten. Hostiensis.

Quod omne peccatũ enorme, etiã si sit occultũ irregularitatem inducat.

Butrius. Butrius, cap. cum ex tenore, dicit occul-
Nauarro. tum, etiam si enorme, non inducere irregularitatem: & sic nõ omne est depositione dignũ. Vt optimè Nauarro, locis citatis. Sũt autẽ dispositione digna ea, quæ in dicto cap. de tẽporibus ordinandorũ reperiuntur. Videlicet. *Homi-*
Quæ sint peccata depositione digna. *cidium*, Periurium, *Adulteriũ*, *Sacrilegiũ*, *Furtũ*, *Falsum testimoniũ*, *Hæresis*, 9
Simonia, Peccatũ *nefandum*, & cætera, quę ipso iure puniũtur tali pęna. Quib[9]
Nauarro. Nauarro addit, cap. 27. peccatum etiã incorrigibilitatis, & diuturnę continuationis, nec nõ stuprũ. De quibus Panor-
Panormit. mitanus, & alij, in cap. si clerici, de Iudicijs, num. 248. & Nauarro. *Miscel.* 54.
Si est in peccato, quod etsi irregularitatẽ non inducat famosum sit, & notoriũ, mortale peccat. num. 64. Similiter. Quando quis est in 10
peccato mortali, propter quod quãuis ipso iure irregularitatẽ, vel aliã similem inhabilitatem non incurrat, neque sit depositioni addictus: est tamen peccatum famosum, & notorium, si beneficiũ recipiat, quin prius pęniteat, mortali-

mortaliter peccat, si sciens faciat, & aduertens. Necnon ipse qui beneficiũ cõfert, vel conferendum proponit. Quod *De quo peccato debeat intelligi.*
11 intelligendum existimo cũ Nauarro, *Nauarro.* dictis locis, de peccato mortali qualificato, vel infamia Iuris, vel scandalo, vel temporis diuturnitate, vel alia qualitate consimili; propter quam saltem arbitrio Iudicis, esset ab officio deponẽdus electus: vt constat, ex cap. cum in cunctis, de electione, citato. Vbi postquam *Cap. cum in cunctis. de electione.* docuerat, inferiora beneficia curata illis esse conferenda, qui vigesimũ quintum annum attigerint, & scientia & moribus commendandi existant, statim subdit. §. vltimo. *Quod Episcopus,*
12 *vel alius superior, apud quem autoritas eligendi viguerit, si contra fecerit, priuatur potestate eligendi.* In quæ verba Panormitanus, & alij quam plures existimant, talẽ electionẽ, inualidam esse, vt *Panormi.* diximus, & qui eam facit. Verissima, & manifesta resolutione affirmo, pecca-

Qui in vno, aut altero peccato, non tamen ex dictis extiterit, bene potest ad Episcopatũ assumi, & dignus est in foro conscientiæ.

re mortaliter. At verò, Quãdo quis est in vno, aut altero peccato mortali, dũmodo ex prædictis nõ fuerit. Neq; indignus est Beneficio curato, aut Episcopatu, in foro conscientiæ: Neq; peccat mortaliter ipsum acceptãdo, antequã pœniteat: Neq; mortaliter peccat, qui ei beneficiũ, aut Episcopatũ cõfert. De tali enim dici nõ potest, quòd morum probitatẽ nõ habeat: ac perconsequẽs, quod sit indign⁹, ex c. Cũ iniũctis, &c. 13

Quomodo sint necessaria ea quæ in iure pro cõditionibus decernuntur ad beneficia.

Deinde, quia omnia Iura quæ cõditiones necessarias statuunt, pro beneficijs, & Episcopatib⁹, AEtatẽ, scilicet, scientiam, & morum probitatem, in tantum, necessaria esse docent, in quãtum vt necessaria deseruiunt, ad rectè se gerendum, & ad munus, & officium sibi iniunctum adimplendum ratione beneficij, aut Episcopatus: Sed quod quis in vno, aut alio peccato mortali extiterit, in dicto sensu, non prohibet quominus rectè adimplere possit officium 14

ciũ sibi iniunctũ, ratione beneficij curati, aut Episcopat⁹. Cũ poßit facilè pœnitere, vt munus adimpleat. Talis ergo indignus nõ est tali beneficio: Ac cõsequenter nõ peccat, qui illud sine præuia pœnitentia acceptat. Neq; qui illud suæ curæ cõmisserit seruiendũ.

15 Preterea. Nõ min⁹ requiritur prudẽtia ad dignitatẽ beneficij, & Episcopatus, quã morũ cõpositio, vt cõstat, ex Cõc. Trid. ses. 24. c. 18. vbi sic habetur. *Quotcunq; ab ijs idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudẽtia, & alijs rebus ad vacantẽ Ecclesiã gubernandam opportunis.* Idẽ sess. 25. cap. 9. sed prudẽtia, non ita exigitur exacta, & perfecta simpliciter. Sed ea tantũ, quę ad idẽ munus obeũdũ, quod sibi ratione beneficij fuerit iniunctum, sufficiat, ait enim. *Ad vacantem Ecclesiã gubernandã opportunis.* Igitur neq; adeò exacta morũ cõpositio; sed ea tãtũ, quæ ad idẽ mun⁹ adimplendum sufficiat, exigitur. Sed

Quæ morũ compositio ad beneficia sit necessaria.

Conc. Trid.

suffi-

ſufficit,etiã ſi quis in vno, aut alio mortali exiſtat. Igitur talis,nõ eſt beneficio indignus in foro interiori. Ac per cõſequens,neque qui illud acceptat,neque qui illud confert,mortaliter peccat.

Eſſe D.Tho. ſententiam. *Ad Tit. 1.*

16 Hãc eandẽ doctrinã,ſentẽtiam eſſe D.Tho. expreſſã inuenio,in Epiſtolam D.Paul.ad Tit. 1 c. 1. *Siquis ſine crimine eſt.* Et poſt pauca. *Oportet enim Epiſcopũ ſine crimine eſſe,ſicut Dei diſpenſatorẽ.* Cõtra quę obijciẽs. *D.* Tho. illud. 1. *Ioa.* c. 1. *Si dixerimus quod peccatũ nõ habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Reſpõdet, aliud eſſe peccatũ,& aliud crimen. *Q*uia peccatũ eſt quodlibet,ſiue magnum, ſiue paruum, 17 ſiue occultũ,ſiue publicũ. Crimẽ verò non quodlibet:ſed infamia,vel alia cõ ſimili qualitate affectũ. Vt in Pſalm. 14. *Domine* (ait Pſaltes) *Quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et reſpondet. *Qui ingreditur ſine macula, & operatur Iuſtitiam.* Nõ quòd ille (inquit Diuus Thomas)

1. Ioann. 1. *Diſcrimen inter crimẽ, & peccatũ.* *Pſalm. 14.*

mas) qui peccauit mortaliter, post lapsum eligi, non posit; sed quod eligen-
18 gendus non sit infamis. *E*x quibus, nõ obscure constat apud D. Thomam, nõ quemlibet esse indignum beneficio; quia in peccato mortali, quandoque extiterit; sed qui peccato mortali infamiæ, vel alio similis laborauerit, & propter quod dici posit infamis, & in hoc sensu intelligendum esse censet D. Paulum, & Regium Psaltem. *E*rgo secundum *D.* Thomæ sententiam. Neque ad ministerium *E*cclesiæ, qualem Paulus requirit ad Titum, scilicet, *E*piscopatũ, neque ad aliud beneficiũ, quodcunq;, requiritur quod talis ingratia sit.

19 Quapropter rigorosa nimis, mihi semper visa est sententia Nauarri asserentis. Quod qui sciens, & aduertens, se esse in mortali beneficium, aut Episcopatum, recipiat, antequã pœniteat, mortaliter peccat. *I*ta habet in Miscelanea. 39. *E*t ideò non admittendam

Nauarri sententia non probatur, sed multis impugnatur

Primo. dam iudico. Quia hoc non eſt in vſu, & praxi vniuerſalis Eccleſiæ. Quam plures enim videmus Eccleſiaſtica beneficia recipere, curam animarum habētia, in peccato mortali, antequàm perniteant, quos tamen nunquam pœnitet ea recipiſſe, neque de tali peccato confitentur, neque à confeſſarijs, ſolet aduerti.

Secundo. Deinde, ſecundo. Quia ex dicta ſententia ſequeretur, non minus debere 20 quemquam ad Eccleſiaſtica beneficia præparari, quàm vt ſacratiſsimū Eucharistiæ ſacramentū ſuſcipiat, ideo enim ad Euchariſtiæ ſacramentum per Cōfeſsionem, & pœnitentiā oportet præparari, quia nullus digne ad eam poteſt accedere, eum, cum ſcientia peccati mortalis. AEqua ergo eſt vtriuſque ratio, & ſicut ad illud: ita ad hoc, debet quiſque per pœnitentiam præparari. Quod eſt contra communem & vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem, in

qua

qua nemo damnatur, si beneficiū, aut Episcopatum sine tali pręparatione recipiat.

21 Ac tandem, tertio. Sequeretur beneficiorum collatores, Prælatos, Reges, Principes, & eorum consultores, non tantum teneri, diligenter quærere de vita, ætate, sufficientia, & moribus candidatorum; sed etiam specialiter inquirere. An sint in aliquo mortali peccato? Quod neque fieri videmus, neq; fieri debere putamus, neque propterea de peccato mortali prædictos damnari. Quod & foret graue, & nimis intollerabile pondus, de mortali quosque continuo, & passim, vel accusari, vel temerariè (quod nefas est) iudicari, & potius esset periculosa occasio peccandi, quam secura solicitudo à peccato recedendi. Hoc tamen cum moderamine ex parte eligentium, & cum non modica aduertentia ex parte electorum, attendendum esse censeo cecessarium. *Tertio.* 22

Cum moderamine hoc debere intelligi, & diligēter aduerti.

rium. Ne quicunque peccator, dignus iudicetur electu; & similiter electores ab attenta examinatione promouendorum se excusent. Quod quādo quis 23
Qui diu est in peccato, & alias peccaminosus, & plurimis irretitus, aut pronus ad facile labendā non est dignus beneficio
est in mortali peccato per diuturnam perseuerantiam. Vel alias est peccaminosus, aut plurimis peccatis irretitus, aut pronus ad facilè labendum in plura, quamuis in nullo diuturnā habeat perseuerantiam. Talis nō est dignus beneficio curato, aut Episcopatu in foro interiori. Neque illud recipere potest. Quim prius rescipiscat, & bonis moribus assuescat.
In foro interiori quin prius rescipiscat, & bonis moribus assuescat.
De tali enim dici non potest, quod studiosis moribus sit compositus, neque quod morum habeat grauitatem. Tum etiam, quia tanta mo- 24
rum compositio requiritur, ad dignitatem beneficij, quanta sufficiat ad hoc, quod quis non impediatur, quominus rectè munus, & officium, ratione beneficij, sibi iniunctum valeat exercere, vt constat ex dicto Concil. Tridentin.
Con. Tri.
sess.

sessione. 24. cap. 18. & sessione. 25. c. 9. *Quia beneficium datur propter officium.* Vt habetur, cap. finali, de rescriptis, in. 6. cum ex fine sit attendenda necessitas, proportio, & conuenientia mediorum. Et sic ex recta executione officij, attendenda est maior, aut minor dignitas, & conuenientia ad beneficiũ. At, qui est in aliquo peccato mortali, tẽporis diuturnitate detentus, aut pronus extiterit ad facilè labendum in plura, impeditur ab ijs, Quominus rectè possit munus, & officium, ratione beneficij iniunctum exercere. Talis igitur indignus debet censeri beneficio in foro interiori. Ac consequenter mortaliter peccat, si sine præuia animaduersione recipiat.

Cap. final. de Rescrip. in. 6

25 Hæc tamen omnia. Ne difficilia videantur comprehensu, etsi facilè, & distincta studuerim methodo disserere, hoc vnico verbo cõprehendo. Illud esse dignum beneficio curato, aut

Breuissima omnium supradictorũ resolutio.

Episcopatu, quãtũ ad mores, in foro interiori. Qui vel est in gratia, vel qui quãuis sit in peccato mortali, non tamẽ ex ijs est, propter quę irregularitatẽ incurrat, aut suspensionẽ, aut aliã similẽ inhabilitatẽ, ad beneficiũ obtinendũ. Neque ex ijs, quæ notoria fuerint, & famosa, propter quę saltẽ arbitrio Iudicis, beneficio priuari mereatur. Nec sit in peccato temporis diuturnitate detentus, aut prõptus, & facilis, ad facilè labendũ in plura. Notanter facilè, dixi. Quia nõ tantum proni, & inclinati; sed qui facilè labuntur, & prompti sunt, ad facilè labendũ: aliàs enim omnes beneficio existimarentur indigni, quia omnes proni ad malum post primũ Adæ peccatum, & illam naturæ origine ductã imbecillitatem manserunt. 26

Opposita sententia nostræ determinationi contraria. Sẽper esse mort. iniustũ eligere.

Et non me latet, neque animo occultandi veritatẽ hucusque reliqui grauissimorũ Doctorum sententiã, huic primò aspectu contrariã. Quam vt cõ- 27

munem

munē aliqui tenuere, aſſerētes. Semper eſſe mortale peccatū, ad beneficiū curatum, ſeu Epiſcopatū, iniuſtum, & in mortali exiſtentē eligere. Sed vt clari' tuis attentiſsimis oculis (Pręclariſsime Princeps) illorū Doctrinā; & meam in
28 hac parte reſolutione inſpicias. Primus eſt, & anteſignanus huius aſſertionis. Caietanus, qui. 2.2.q.63.artic. 2. aſſerit. *Caietanus.*
Quòd omnes comparationes de illis, qui promouendi ſunt ad beneficia, & Epiſcopatum: ſupponūt bonitatem abſolutè, & ſimpliciter. Et ideò indignū reputat illum, qui manifeſtè inhoneſtè viuit. Et illum, de quo creditur, eſſe in peccato mortali. Qua de cauſa docet, Diuum Thomam in eodem articulo aſſeruiſſe, aliquando minus bonum præferendum eſſe meliori, notanter dixiſſe minus bonum, non autem malum. Quia minus bonum bonitatē ſimpliciter, & abſolutè ſupponit. Huius ſententiæ eſt Magiſter Soto. libro. 3. *M.Soto.*

de *Iustitia*, & iure. q. 6. art. 2. concl. 5. & 6. quod expresſius explicat. lib. 10. q. 2. art. 3. Dicens: *Quod primũ fundamentũ idoneitatis est bonitas, aut probitas, sine qua nemo ad spiritualia beneficia est idoneus.* Et quod per bonitatem, aut probitatẽ, Gratiam, ſiue Charitatẽ intelligat, ex verbis ſubiunctis conſtat, Quibus aſſerit, *Quod præter Charitatem ea quæ requiruntur vlterius in Episcopis, reducuntur ad tria, quæ docet D. Thom. &c.* In quibus non obſcurè ſentire videtur, Charitatem eſſe in omnibus neceſſariam, ad idoneitatem, & plura alia in *E*piſcopo requiri. Quam ſententiã 29
Plures alij tuentur, Albertus, quem refert & ſequitur Angelus, verbo: *Acceptio perſonarum*, num. 6. Panormitanus, in. cap. Si celebrat. de Clerico excommunicato, numer. 6. Vbi non tantum exiſtimat, eum qui eſt in peccato mortali, non eſſe eligendum, ſed etiam collationem illi factam eſſe nullam,

Albertus.
Angelus.
Panormit.

lam. Eandem tenent plures Iurisperiti. quos refert Nauarro, Miscelaneo. *39*, & videtur esse *D.* Thomæ. 2. *2*. q. *65*. artic. *2*. & q. *185*. artic. 3. & Quodlibeto. 6. art, *9*. Antonini. 2. p. tit. 1. cap. 20. § 1. Syluestri, verbo, Electio. *1*. num. 13. M. Aragon. F. *E*manu. Rodriguez. 1. p. verbo, Electio, & alij *D*octores, in. *4*. sententiarum. distinct. *15*.

Nauarro. *D. Thomas.* *D. Anton.* *Syluester.* *M. Aragon.* *Eman. Rod.*

30 *E*t probant. Primò, ex sacra Scriptura. Pauli. *1* ad Timotheũ. 3. Vbi postquam conditiones explicuit, & ea, quæ in bono requiruntur *E*picopo, statim de Diaconis subiungit. *Habentes mysterium fidei, in conscientia pura. Et ij autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes*. Et ad Titum. 1. *Huius rei gratia reliqui te Crete, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut; & ego disposui tibi.* Et post pauca. *Si quis sine crimine est.* Quæ testimonia Pauli, Gratianus. 81. distinct. non tantum

Primũ. Ar. Ex Script. sacra. *1. ad Tim. 3.* *Ad Tit. 1.* *Gratianus.*

tum intelligit de Episcopis; sed etiam de quolibet ad Ecclesiæ præposituram electo, vt constat ex principio distinctionis.

2. Arg. ex iure canonico.

Probant etiam secũdo. *E*x Iure canonico, ex cap. Cum Apostolus, eiusdẽ distinctionis, desumpto, ex D. *P*. Aug. tract. 41. super ca. 8. *I*oan. *V*bi explicans prędicta verba, Pauli. *Siquis sine crimine est*, Ita inquit, *Ideo D.* Paulus, *quando eligit ordinandos, siue* Presbyteros, *siue Diaconus, siue quicunq; alius ordinandus sit, ad præpositurã Ecclesiæ, nõ dixit, siquis sine peccato est. Nã si hoc diceret omnis homo reprobaretur, & nullus admitteretur, sed dixit, siquis sine crimine est, vt Adulterium, Homicidiũ, Immunditia fornicationis, Fraus, Sacrilegium, &c.* *E*x quibus manifestè ostendunt cẽsisse Augustinum. Quod ordinandus ad Præpositurã *E*cclesiæ, ac consequẽter ad beneficiũ curatũ, nõ sit in peccato mortali. Quia neque in Homicidio, 31

Cap. Cũ Apostolus, ex D. P. August.

neque

neq; in fornicatione, neque in sacrilegio, ac cōsequenter, neq; in alio quocū que, cū de alijs etiā eadem ratio sit. Et ideò subdit Gratianus. Quod quodlibet istorum implicatus, nō est ordinand⁹, vel si post aliquod istorum admisisse cōuincitur, suscepti gradus officio priuabitur. Quod etiam probat, ex cap. Sequenti, vbi Simachus Papa, ita inquit. *Nemo personam Monitoris recte suscipit, nisi qui proprijs actibus errata condemnat, & amorem charitatis innocentiæ conuersationis demonstrat.* Persona autem Monitoris est illa, quæ exercet mun⁹, & officiū Pastoris. Quales sunt, Curati, & Episcopat⁹. Et deniq; per totā illā distinctionē, & sequētē, multis probat Gratian. Quod clericus qui lapsum criminis admisserit deponendus est.

32 Quibus testimonijs, & præstantib⁹, Doctorum assertis, rationes adhibent suo iudicio non leues. Et Prima est M. Soto, loco citato. Ex eo quod finis

3. Argu. ex ratione, & prima est M. Soto.

Ecclesiastici ministerij, in ijs, qui promouendi sunt ad Ecclesiastica beneficia, curam animarũ habentia est, sempiterna fœlicitas, ad quam mouere debent fideles per charitatẽ, secundũ illud Pauli. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* Vnde maxima eorum cura in hoc adhibenda est. Quod fideles habeant charitatem, & amorem erga Deum; se ipsos, & omnia sua in ipsum referentes. Sed hoc munus, nequaquã præstare potest, qui est in peccato mortali. Ergo huiusmodi non est dignus beneficio, aut Episcopatu.

1. Cor. 4.

2. Ratio est D. Nauar.

Secunda ratio est Doctoris Nauarro. Quia munus, & officium eorum sacerdotum, qui ad beneficia, & Episcopatum sunt promouendi est, esse Mediatores inter Deum, & homines, primò quidem diuina illis tradendo, scilicet, legem, & sacramenta, secundum illud Malach. 2. *Et legẽ requirent de ore* 33

Malach. 2.

eius,

eius, id est, Sacerdotis. Secundò verò fidelium preces *Deo* offerendo, secundum illud Pauli, ad Hebr. 5. *Omnis* Põtifex *ex hominibus assumptus, pro hominib⁹ constituitur, in ijs, quæ sunt ad Deũ vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* At qui est in mortali inter *Deum*, & homines, Mediator esse nõ potest. *Ergo* talis non est beneficio dignus. Quia cum sit *Dei* inimicus, à *Deo* exaudiri non potest. *Ad Heb. 5.*

34 Grauissima hæc videtur Argumenta. Et ita à me sunt cõstituta, vt meę doctrinę, seu potius veritatis lumen, quasi iuxta opposita magis eniteat: & vt eorum solutionibus, ita verissima magis illustretur sententia, vt nihil amplius circa hãc rem desiderare possis. *Illud* Primũ Caietani assertũ, ex D. Thoma desumptum, ex eo solues, si attente Diuũ Thomam auscultéris. Qui maiorem, vel minorem dignitatem ministri, sem- *Caiet. Resp. ex D. Thom.* *Maiorẽ, vel minorẽ dignitatẽ, ministri semper sumi in ordine ad finem.*

35 per sumit in ordine ad finem. *Et* ideò

docet quod interdū minus boni simpliciter, melioribus præferūtur: quia in ordine ad finē minus boni meliores solēt inueniri. Vel propter potētiā, vel industriā singularē, vel aliā similē causam considerandā, in ordine ad finē. *Dispēsatio autem beneficiorū* (ait D. Thom.) *ordinatur ad bonū commune, & ideo minus boni simpliciter aliquando melioribus præferuntur, sine peccato acceptionis personarum.* Quibus ergo clarioribus verbis poterat *D.* Thom. insinuare. Maiorē, vel minorē dignitatem ministri in ordine ad finē desumi, idest, ad munus, & officium iniunctum ratione beneficij, vt habetur etiam in dicto, ca. finali, de rescriptis, in. 6. Dignitas igitur & indignitas, sumenda est in ordine ad eundem finem. Ac consequenter ille 36
erit dignus, qui aptus extiterit in ordine ad finem. Hoc est munus, & officium beneficio iniunctum exercendum, sed huiusmodi est qui quamuis sit

D. Thomas.

Cap. fi. de Rescrip. in. 6.

ſit in peccato mortali, non tamen ex ijs, quæ ſupra retulimus, irregularitatẽ, vel ſuſpenſionem, vel aliam inhabilitatem inferentibus. Ergo talis eſt beneficio dignus, qui attenta neceſsitate, proportione, & conuenientia mediorum, ex recta exequtione officij, alijs animę dotibus, ſcientia, ſcilicet, Prudentia, Viribus corporalibus, & diligentia debita, ad rectam adminiſtrationem, & gubernationem officij poleat, & ditetur.
37 Ac proinde Caietanum vellem aduertiſſe. Quod non omnes comparationes, quæ fiunt de miniſtris beneficiorum, ſiue de eligendis ad beneficia curata, & Epiſcopatus ſupponãt bonitatẽ ſimpliciter, hoc eſt, quod ſint in gratia, & charitate, quia ſatis eſt quod ſupponant bonitatem in ordine ad finem, hoc eſt, aptitudinem, & vtilitatem, ad finis conſequutionem, id eſt ad rectè exercendum munus, & officium beneficio iniunctum, & *Quæ bonitas ſupponi debeat in promouendis.*
hoc

hoc voluit D. Thomas, & non aliud in
Ad. 1. Arg. ex scrip. D. Thomas. sinuauit. Illud verò ex D. Paulo, desum 38
ptum argumentum, ex D. Thoma eno
damus. Verba Apostoli intelligēda nō
esse, de quolibet mortali peccato; sed
de peccato infamante, vt supra expli-
cuimus. Propterquod, qui cōmisit red
ditur infamis, Quia talis beneficio est
indign⁹. Et sic de crimine loquitur D.
Paulus, non de peccato, cuius differen
tiam supra ostendimus, ex D. Thoma,
Secūda eiusdem solutio. ad Titum. Vel secundò, eidem occurri 39
mus asserendo id, quod, maximè ad-
uertendū existimo. D. Paulum, ibi ea so
lum explicuisse, quæ ad perfectū Epis-
copum, & ministrum Ecclesię requirū
tur, nō autem ea, quæ tantū necessaria
sunt, ad eius dignitatē. Si enim omnia,
quæ Paulus refert, ad dignitatē mini-
strorum necessaria forent, pauci, aut
nulli reperientur digni. Non ergo ad
hoc omnia illa sunt necessaria; sed ad
perfectū ministrum. In quo sensu est
etiam

etiam intelligendus Gratianus, qui prę dicta explicat testimonia, non tantum de Episcopis, sed de quolibet alio, qui ad Præposituram Ecclesiæ est assumēdus, vt dignè assumatur.

Ad. 2. ex iure canonico. Resp. & August. exponitur.

40 Aliud autem ex Iure canonico deductum, & ex c. Apostolus, desumptū, ex D. P. Augustino, si graue videtur, grauiorem spero tibi solutionem offerre. Assero enim D. P. Augustinū, ibi intendisse probare, non esse necessarium ad hoc quod quis dicatur liber à peccato, Quod omnino careat omni peccato, etiam veniali: quia satis est, si careat mortali. Et hoc probat ex testimonio D. Pauli. *Si quis sine crimine est*. Quod exemplificat, dicendo. *Vt Adulterium, Homicidium, &c.* Nō tamē Augustin⁹ affirmat, hoc esse necessariu m ad hoc, quod aliquis, sit dignus minister, aut dignus beneficio. Neq; quando asserit hoc requirere. D. Paul. in eo, qui ordinandus est ad Presbyteratū, Diaconatum,

tum, &c. *I*ntelligēdum est, hoc idē sentire ad dignitatem fore necessariū. Sed tantum requiri, ad perfectū ministrū.
Neque ex verbis à Gratiano subiūctis 41
in eodem capitulo, probatur oppositū.
Gratian. explicatur.
Quia Gratianus in dicto cap. probare conatur, eos debere deponi, qui sunt in aliquo mortali peccato eorum, quæ à D. Augustino referuntur. Cuius sententia quantum ad omnia illa peccata, non est in vsu *E*cclesiæ. *E*tsi sit quantum ad aliqua. Et cap. Cum in cunctis, de Electione, non minus accutè satisfactum fuisse arbitror, si respondero. Nō esse necessarium, aliquem esse in gratia ad hoc, vt morum habeat grauitatem, quæ in illo requiritur. Sicut neque est necessariū quod habeat exactā literarum scientiam: sed satis est, quod non sit in peccato: Propter quod impediatur, quominus rectè posit exercere munus, & officium beneficio iniunctum.

Ac

42 *A*c tandem rationibus, eàdem doctrina satisfacere, nec minus vtile, nec minus gratum existimo tibi futurũ. Et Primò, ei quam. *M*. Soto fecerat. Respõdeo. Negando id, quod pro minori argumenti assumit, scilicet, illud mun⁹, quod in prima propositione determinat, nequaquàm præstare posse, qui fuerit in mortali peccato. Quia qui est in peccato, in sensu explicato, non impeditur, quo minus promouere posit fideles, ad *D*ei amorem, & charitatem, cum à peccato exire, non sit difficile, vt dixi. *Ad Rationes Resp. ad. 1. M. Soto.*

43 *E*i autem quam Nauarro formauerat, sic occurro, similiter negãdo, eum qui in mortali extiterit, non posse esse inter *D*eum & homines Mediatorẽ. Quia quando minister debet sacrificiũ offerre pro fidelibus, oportet, quod sit in gratia. Nõ tamẽ est necessariũ esse in *Ad. 2. D. Nauarro.*

44 gratia, antequã beneficiũ illi cõferatur. Quia si in aliquo, ex prędictis nõ fuerit facilè

facilè erit conſequi gratiam, & ad illã reſtitui, ſi faciat quod in ſe eſt. Sicut qui exiſtens in gratia, beneficium, aut Epiſcopatum, eſt conſequutus; ſi poſtea in mortale incidat, non propterea benefi cio, aut Epiſcopatu reddetur indign⁹, in foro conſcientiæ. Quia neque prop terea impeditur, quo minus munus, & officium valeat exercere, vt ſe poſsit in gratia collocare, ſi faciat, quod in ſe eſt, neque ſit difficilè facere, quod eſt in ſe. Hoc autem diſputare non eſt præſentis inſtituti.

Vides ne (Illuſtriſsime Princeps) hu 45
ius à principio tibi promiſſę veritatis acumen. Quã ſic libuit explicare: vt tuæ paci, & cõſciẽtię cõſulerẽ. Nedũ illorũ Regnorũ vtilitati, cõtinua inſomniq; ſolicitudine prouides; cõtinuis ſcrupulis, veluti ſcopulis in modũ dẽtiũ, hinc inde prerruptis feriaris, anxièq; agiteris: ſit ne Iuſt⁹, vel iniuſt⁹ in peccato, vel in gratia is, cui cura animarũ fuerit iniũgẽ

da,

da, quod soli Deo, qui scrutator est cordium, conceditur apprehēdere, & absquè temeritate disquirere. Quare nescio qua via grauissimi commemorati Doctores; Vt piè circa eligentium curam, rem hanc nimis dubiam determinarent, potius crudeliter eos assiduis anxietatibus damnauerint, ac perpetuis solicitudinibus destinauerint, nè dicam morti, & illius doloribus addixerint.

1

DE ELECTIONE digni, digniori posthabito.

2

CAPVT V.

Debeat nè huiusmodi electio digni, digniori posthabito, inualida iudicari?



HOC quasi preambulū ad alia, quæ de electione digni differēda paro præponere, necessariū

 putaui

putaui, vt clarius, & distinctius circa hanc partem, quæ maiorem habet difficultatem, procedam.

Si dignus eligatur digniori post habito. Valida iudicatur. ele.

1 Quandocunque dignus eligitur, etsi alius magis dignus post habeatur. Valida iudicatur Electio, non solum, quia non est irrita ipso iure; sed quia nō datur ius, neque actio, ad eam irritandam. Sententia est D. Thomæ.2.2.q. 63.art.2.& recipitur à Theologis, & Iurisperitis, ij enim, & illi eam colligunt, ex cap. Constitutis, de Appellation. ca. Cum nobis olim, de electione, & cap. Nisi cum pridem, de renuntiatione, & cap. Cum in cunctis.

D. Thomas.

Cap. Consti. de Appel. c. Cum nobis olim.

Quid de iure requiratur ad validam electionem.

2 Ad validam enim electionem solum de iure requiritur, vt habeat electus sufficientem prudentiam, Doctrinam, & bonitatem. Negatur autem actio, ad infirmandam talem electionem, ad vitandas lites, & inconuenientia, quæ sequerentur, si maioris sufficientiæ prætextu, electio posset irritari, iam facta

3 facta digni; & sufficientis. Etiam si in proprijs diœcesibus specialiter statuatur. Vt statutum esse reperio, in Burgensi, Pallentina, Calagurritana, & alijs, de quo diuersę circumferuntur sententiæ, apud Couarru. in Regula peccatũ, p.1.§.7.num.3.

Etiam si oppositũ in aliquibus Ecclesiis statuatur.

Couarruu.

4 Huius tamen generalis regulæ duplex exceptio ponitur. Prima ex quodam Motu proprio Pij V. Anno 1566. Quem plures referunt. In quo Pontifex, nomine Pius, opere Pijssim⁹ (& sic eius institutio minus pia censeri nõ debet, sed pijssimè, & ad vtilitatem Ecclesiæ pijssime considerata) sic statuit, ibi: *Quod si Ecclesia parrochialis datur per concursum designatum in Concilio Tridentino sessione. vigesima quarta, cap. 18. Liceat digniori prætermisso, qui se sentit grauatum, ad Metropolitanum appellare: & priorem electionem posse à Metropolitano rescindi, si de maiori prætermissi dignitate constiterit*

Duplex exceptio.

Prima ex Motu proprio Pii V. Anno 1566

titerit. Quod in vsu, & praxi fuisse positum, docet *M*. Aragon, 2.2. tom. 2. q. 63 art. 2. Et huius Motus proprij expositionem in posterum seruo. 3. p. huius tractatus, cap. 3. Nihil enim à tua subtili examinatione alienum puto.

M. Aragon.

2. Exceptio ex doctrina Panormitani, & Deci.

Secūda exceptio ponitur ex doctrina Panormitani, & Decij, cap. Constitutis, alegato, affirmantium, digni electionem esse irritandam, ad petitionē magis digni prætermissi, si ante primā electionem factam, interposita fuerit appellatio, si dignior non eligatur. Sed vt Couarruuias tradit, Regula, Peccatum, par. 2. §. 7. num. 3. ex aliorum Doctorum opinione, hæc exceptio in praxi non admittitur, & meritò, propter inconuenientia, quæ sequerentur ex ea. Nulla enim firma esset electio, si ante quamcunque electionem, talis appellatio interponi posset. Et lites orirētur innumeræ, quas vitare voluit, approbādo digni electionem, vt validā, 5

Couar.

etiam si magis dignus posthabeatur.

Et propter hanc rationem, Molina de Hispanorum Primogenijs, lib. 2. ca. 5. num. 48. erroneum hoc Panormitani assertum appellat. Et huic aliam addit, Quia cum electio digni, ommisso digniori, ex eo tolleretur, vt eligendi, ab innumeris litibus retrahantur, non possumus rationem percipere differentiæ, inter eam electionem, quæ appellatione præcedente facta fuit; & illam, quam appellatio non præcessit. Cum ea appellatio litibus, etiam iter aperiat, nec iusta debeat intelligi. *Veriore esse sententiã oppositã. Quod neque præcedente appellatione debeat electio inualida iudicari. Tenet D. Lud. Molina, & ratione probat.*

7 Iura namque non permittunt, super eligendorũ præcedentia litigare, si omnes alioquin digni sint. Et ideò cõtrariam opinionem, veriorem censet, eamque pro *Iura non permittere super eligendorum præcedentia litigare, si omnes alioquin digni sint.*

bat ex Glossa in dicto cap. Licet ergo, Verbo, *Qui præstantior*, ante fin. 8. questione prima, & eam dicit, malè pro

8 sua opinione Panormitanum adduxisse in dicto cap. Constitutis. Et huius

Gloſſę expoſitionem ſequuntur *Imol.* & Philippi Franc. in dicto cap. Conſtitutis. *I*dque ipſum ſequutus eſt Couarruu. in dict. Regula Peccatum. 2. par. §. 7. nu. 3. reprobans opionionem Panormitan. & aliorum, qui ipſum ſequũtur, ſcilicet, Decij. Et Lambertini de iure *P*atronatus, libr. 2. part. 1. quæſt. 10. arti. 3. *E*t ego eam ſententiam aduerſus Panormitanum, veriſsimam cenſeo.

Couarru.

Vnũ aduertẽdũ pro conſultationibus officiorũ

*E*x quibus infero, Vnum, & illud 9
maximè notandum, pro conſultationibus, quæ à ſupremis Indiarum Senatus Conſulibus Supremo Regi frequenter fiunt, de beneficijs, & *E*piſcopatibus. Quod ſi de æqualiter dignis, fuerit facta conſultatio, non eſt
dubium, quin cuiuſque electio valida fuerit, ſi tamen ſecundum graduationem locorum. Primo, ſecundo, & tertio, vt vſu euenit, locis collocetur, ſecundum cuiuſque gradus, dignitatem, 10

Quid ſi indiſtincté cõſultẽtur eligendi?

&

& merita, & Primi, vt digniores, à Consulibus præferantur, officiorum, & Episcopatuum, attenta necessitate, & cõ modo (quod facere tenentur sub mor-
11 tali, vt dicemus.) Et Rex Supremus: E secundo, vel tertio, loco alium minus dignum elegerit, eo, qui in Primo loco, fuerit, prætermisso. Dignior prętermissus, & si ex tali consultatione eius aliquod acquisierit, & propter hoc, ex sui ommissione aliquo modo se grauatum censerit. Nom habet actionem, vt sibi beneficium, aut Episcopatum restitui procuret. Tum: Quia Electio valida est, quoad ius ex-

Quid si Rex E. 2. vel. 3. loco aliquẽ elegerit eo, qui in Primo fuerat, prætermisso.

12 ternum secundum, quod, vt valida sit electio, id est, vt verè ius personæ conferatur, satis est eligere dignum, vt supra diximus, ex capite Extra de Electione, & cap. Cum nobis olim, & expressius, ca. Cum dilectus, eodem titulo, in quibus confirmantur Electiones idoneis tantum ministris factæ.

Vt valida sit Electio satis est eligere dignum, ca. extra, de Elec. c. Cum. cap. Cum dilect.

 Tum.

Tum. Quia lis, & contentio extra rationem debet iudicari, & ratione ipsa, à communi consuetudine, & debita supremi Regis reuerentia, & altissima eius determinatione, secūdum quam, cum ita facit, altissimas causas considerasse, fas est credere, debet auerti.

CAPVT VI.

Sitne mortale peccatum, digniori posthabito, Dignum eligere?



HVIVS rei determinationi pias aures accommoda (Christianissimè Princeps.) Qui potius veritati, quàm aliquorum Iurisperitorum curas assentiri subtilitati. Quia cum eis in hac parte nobis consertandum est, ipso etiam iure Canonico, vt ipsi suo se gladio iugulent, dimicandum. Et vtinam,

nam, fauſtè. Vt lux veritatis appareat, & illius ſplendor eniteat, caputque extollat; velut inter Virgulta cupreſſus.
1 Verisſima eſt, & inter Doctores ſacræ Theologię ſupremos. A quib⁹ nullus, vel nutu ipſo, auſus eſt alienum inſinuare. Quod beneficium, ſeu Epiſcopatum digno conferre, digniori poſthabito, eſt mortale peccatum. Et idē dicendum cenſeo, de ijs quibus à Rege, eſt iniunctum, vt ei magis digni, pro huiuſmodi Epiſcopatibus, & beneficijs conſultentur, peccare item mortaliter, ſi minus dignos ſcientia, aut prudentia, aut morum compoſitione, attenta locorum, & ſubditorum neceſsitate (vt ſupra attigimus) dignioribus, præferant promouendos. Non ſolum ſi digniores prætermittantur. Sed etiam ſi in graduum, & locorum antelatione, in conſultationibus, poſ-
2 ponantur. Hæc enim omnia ſub eodem caſu, & ſpecie, comprehendi

Epiſcopatū, digno conferre, digniori dimiſſo, & ſic conferendum conſulere illū in locorum ordine præponēdo, eſt peccatum mortale.

Notā hoc debere intelligi in exceſſu notabili.

debere putamus. Aduertendo, hoc ita debere intelligi. Quando prætermissus notabiliter, & euidenter, cognoscitur esse dignior, sic enim, & non aliter notabilis excessus notabilem facit in distributione deffectũ, in hoc enim non adeo anxie, ac strictè procedendum est. Vt ex quocunque meritorium excessu, statim dicendum sit, eli- 3
gentem dignum prætermisso digniori, peccare mortaliter, sed in hoc excessus notabilis, non autem minimus, erit spectandus. Non enim Deus cogit nos, tam anxiè, & solicitè, personarum conditiones explorare, sed secundum prudentiam pro rei qualitate, & conditione, præcipuè, si id bona fide, & absque dolo factum fuerit.

M. Soto. *Ita* Magister Soto, libro tertio de *Iu*stitia, & Iure, quæstione sexta, artic.

D. Molina. 2. ad finem. Et *M*olina, de Hispan. libro secundo, cap. 5. numer. 74. *Q*uod præ oculis habendum censeo pro

pro recta huius assertionis expositione.

4 Sententiam hanc non vnus, aut alter, pro suo arbitrio tuetur, communissima enim est. Quam tenet D. Thomas. 2. 2. q. 63. artic. 2. Et in Quolibet. q. 6. art. 9. & 8. D. P. Augustinum adducens, in illud Iacobi. 2. *Tu sede hic bene.* Alexander Alensis. 2. par. quæst. 136. Ricardus Gabriel, & Maior, & alij in. 4. distinct. 15. Magister Soto, lib. 3. de Iustitia, q. 6. ar. 2. Magister Aragon. 2. 2. tom. 2. quæst. 63. arti. 2. Magister Salon, ibi. M. Valencia, tom. 3. disp. 5. Rebello. 1. p. de obligationibus Iustitiæ, lib. 5. q. 4. secti. 4. cõcl. 5. Leonar. Lessius, in suo de Iustitia, & Iure. lib. 2. ca. 34. dub. 14. nu. 62. qui ait. *Digniorẽ voco, qui notabiliter dignior, & aptior videtur.* Ita, nume. 64. Cardinal. Toletus, lib. 5. suæ Summæ, cap. 78. M. Za. verbo beneficium. *Communem esse ostenditur.* *D. Thomas.* *D. P. Augu.* *Alex. Ale.* *Ricar. Gab.* *Maior.* *M. Soto.* *M. Arag.* *M. Salon.* *M. Valenc.* *M. Rebello.* *Leonar. Les.* *Card. Tolet.* *M. Za.*

5 Et esse etiam apud Iuris communem, colligitur ex Panormitano, *Panor.*

cap.

cap. Constitutis, de appellatione. *Et* Na-
D. Nauarro. uarro, Consilio. *21*. de Symonia, & ca.
Si quando, de rescriptis, exceptione. 1 *6*.
Couarru. eandem sequitur Couarruu. Relectio-
ne in *R*egul. *P*eccatum, part. 2. §. 7. nu-
Syluester. mer. 4. Syluester, verbo, *E*lectio. 1. q.
Didac. Per. *16*. Didacus Perez, libr. 1. ordinamen-
Nauarrus. ti, titu. *6*. l. 2. Nauarrus item in sua Sum-
ma, nume. *72*. &. *76*. *E*t alij, nec pauci,
Petr. de Nauar. reprehēditur, eo quod dixerit contrariā sententiam, esse Iurisperitis communem. nec parui. Quare inaduertenter Pe-
trum de Nauarra Toletanum, huius
nostræ tempestatis autorē, in suis de re-
stitutione, libr. 2. part. 2. asseruisse no-
taui. Contrariam sententiam esse
communem apud Canonistas. Quod
nescio qua ratione dixerit, qui ita
eos se iactat consuluisse. Cum eam
Frede. de Senis. teneant præter citatos. Fredericus de
Senis, Constituti. 90. incipien. *Pun-*
Anton. de Butrio. *ctus dubitationis*. Antonius de *B*u-
trio in cap. Constitutis, numer. 3.
Abbas. de Appellation. Vbi Abbas, nu. 7. &
Gometius. 8. Gometius, in cap. vt animarum,
de

de constitutionibus, lib. 6. num. 22. Palacios Ruui. in Rep. cap. per vestras, de Donationibus, inter Virum, & Vxorē. 3. not. §. 26. Cæsar Lambertinus, de Iure Patronatus. lib. 2. partit. 1. quæst. 10. artic 3. Anton. de Padilla. in. l. Cum quidam. ff. de legatis. 2. num. 19. Molin. de Hispan. Primogenijs. lib. 2. cap. 5. n. 50. qui hanc communem appellat, & vt veriorem amplectitur. *Palac. Ruu.* *Cæsar. Lāb.* *Ant. de Pa.* *D. Molina.*

7 Qui assertionem audisti, audias obsecro quibus astruatur testimonijs, & *Quibus probetur vera sententia.*
8 Diuinis, & Ecclesiasticis: Quibus item fulciatur rationibus. Vt ijs suffulta absque tergiuersatione credatur, teneatur obseruetur, & exequatur. Diuinis quidem: Quia electiones omnes, quas ex sacra Scriptura deprehēdimus, de meliori, digniorique factas fuisse colligimus, quod constat Numer. cap. 1. cap. 6. & cap. 17. Vbi conuocatis Principibus populi ad ostium Tabernaculi, electus est Aarō, & insigni miraculo ostē- *Ex sacra Scriptura.* *Num. 1. & 6. & 17.*

ditur

ditur, præ cæteris à Deo, in summũ eligi Sacerdotem. *E*t Saul.1.Reg.9.vt dignior ex populo *I*sraelitico est electus: ita enim dicitur. *Et erat ei filius vocabulo Saul.* Electus, *& bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo.* Et *I*oan.21.ca. 9
Ter.dixit *D*ominus Petro. *Diligis me plus ijs?* Vt ostẽderet se digniorẽ, eligeret. Vbi nõ interrogauerat, an diligere, sicut alij? Sed an plꝰ alijs amaret? & vt significaret, Pastorem digniorem, inter reliquos esse debere, & non quomodocumque dignior existimaretur; sed notabili charitatis excessu inter alios, qui ipsum etiam diligebant, ipsum præ alijs Petrus diligeret, & plus alijs amaret. Quod, vt ostenderet Dominus re- 10
petita interrogatione. *Diligis me plus ijs?* alijs astantibus, illũ prouocat, & vt repetita etiam respõsione se ostendat, inuitat. Vt optimè notat M.Soto. Et licèt D.Petrus veritus fuerit facta inter reliquos cõparatione, respõdere. Sed tã-

1.Reg.c.9.

Ioann. 21.

Exacta expositio illius loci. Ioã.21. Diligis me plus ijs?

tum

tũ dicere: *Domine tu scis quia amo te.* Quod licet, vt exponũt Theodoretus, Chrysost. Theophil. & Bernar. in serm. de diligendo Deo: ita protulerit, non ausus respondere, se plus Christum, quàm cæteros amare; sed modestius dicere, se quidem eum amare, ipsumque, quem nihil latet testem proferre, factum, scilicet, cautiorem post negationem. *Theodoret.* *D. Chrisost.* *Theophil.* *D. Bernard.*

11 Mihi tamen videtur, ita Petrũ modestiæ, & timoris rationem habuisse; vt tamen non obscurè significauerit, se plus cæteris Christum diligere: tã quam si diceret, etiam, plus te, quàm cęteri diligo, quod ita esse, te ipsum testẽ appello, ita Maldonatus. Et Christus pro eodem accepit, ac si comparatiuè respondisset, & verum esset quod Petrus respõderat, se illũ plusquã cæteros amare. Cum ergo dat, quod suspẽsum tenebat (autoritatem, scilicet, quam illi dare cogitabat, veluti nõ datur?), nisi affirmasset, se ipsum plusquam cæteros *M. Maldon.*

ros amare) approbat, tanquam ad eam rem exitatus testis, verum esse, quod Petrus Respondisset. *Et* ideò statim asseruit. *Pasce oues meas. Ex* quo optimè Doctores colligunt, & præcipuè M. Soto. Quòd licet Christus Dominus Ioãnem indulgentius amaret; Petrus tamē tēpore, quo fuerat in Pōtificē Sūmum electus, alijs omnibus dignior extiterat. *Item* ex D. Paulo. 1. ad Thim. 5. docente Timotheum, Qualiter se debeat gerere, in eligendis Ecclesiæ ministris ibi. *Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis, vt hæc custodias sine præiudicio. Nihil facias in alteram partem declinando, manus citó nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Vbi Glossa. *Sine præiudicio,* id est, *Sine præcedenti examine, aut experimento, Nihil faciens ad alteram partem inclinando.* Id est, prius considerare teneris, & attentè animaduertere, quē eligas in ministrum Ecclesiæ. *Neque com*

M. Soto.

12

1. ad Tim. 5.

13

communicaueris peccatis alienis, Quia qui non iustè ministrum elegerit, eius peccatis communicat, Sibique eius imputantur flagitia. Quo loco satis apertè constat, digniores esse eligendos ministros Ecclesiæ.

14 Ecclesiasticis ordinationibus, & iure Canonico constat. Et primò. Ex ca. Licet ergo. 8. q. 1. desumpto ex Orig. homilia. 6. super Leuiticum, ca. 8. Quãuis eam ex Diuo Hieronymo referant Gratianus, & M. Valentia, cuius eam existimo causam. Quia Diuus Hieronymus, eam ex Græco, transtulerit in Latinum, Quibusdã ablatis, quæ adeò probata non erant, in eo autem, cap. Ita habetur. *Licet ergo Dominus de constituendo Principe præcepisset, & Dominus elegisset, scilicet, Leuitici. 8. cap. Quando elegit Aaron congregato populo ante ostium tabernaculi, &c. Requiritur etiam in ordinando Sacerdote, & præsentia populi, vt sciant omnes, & certi sint,*

Ex iure canonico idem ostenditur.

Ex ca. Licet ergo. 8. q. 1. desumpto ex Orig.

ti sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium. Vbi verba. *Certi sint.* Et illa. *Qui præstãtior, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior.* Notitiam, & euidẽtiam, in excessu eligendorum, ostendunt. Et non aliter cõparatiua debent, & possunt explicari. Et ex ca. Metropolitano. d. 63. ex Leone Papa. Epistola. 82. (aliàs. 84.) cap. 6. ibi, relato, ad Athanasium Thessalonicensem Episcopũ. Vbi Iubet: *Vt defuncto Metropolitano, in eius locum optimus, subrogetur, & ordinetur.* Et ex *I*nnocentio *III.* in ca. Vnico extra. Vt *E*cclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Vbi ait. *Ecclesiastica officia, & beneficia, non ex carnis affectu* (vt fecerat quidam Archiepiscopus Mediolanensis, quem ibi reprehendit) *sed ex discreto iudicio, in persona magis idonea, debere dispensari.* Et ex Epistol. 3. Siricij Papæ ad

Cap. Metropol. d. 6 , ex Leon.

Ex Inno. in ca. Vnico.

Ex Epist. Siricij Papæ.

vni-

vniuersos Orthodoxos, tom. 1. Conciliorum, & in Concilio Basiliensi. Vbi in forma iuramenti, quod exigitur ab electoribus; præcipitur, vt eligatur dignior. *E*t cap. *I*ndecorum, de ætate, & qualitate dicitur. *Illum esse assumendum, qui discretione præemineat, & exemplo vitæ præfulgeat.* Et denique ex Concilio Tridentino, sessione. 24. in
16 Decreto, de reformatione Prælatorũ cap. 1. Vbi asseritur. *Electores Episcoporum alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eroum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint.* Et paulo post, *vitæ, ætate, doctrina, atque alijs omnibus qualitatibus, præditos sciant. Quæ iuxta sacros Canones, & Tridẽtinæ hui⁹ Synodi decreta requiruntur.* Et c. 18. eiusdẽ Sessionis, postquã ordinem seruãdum

Ex Concil. Basil.
Cap. Indecorum, de ætate, & quali.
Ex Concil. Trid. ses. 24. c. 1. in decre. de reform.
Et cap. 18.

in examinandis cādidatis, præscripsisset, subdit. *Ex ijs, cum eligat Episcopus, quem cæteris magis idoneum iudicauerit; atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre.* Vbi notes illud. *Magis idoneū* Et illud. *Illi, & non alteri collatio Ecclesiæ fiat.* Idem etiam de alijs decernitur dignitatibus, eàdem sessione, cap. 12. Et idem docet Glossa, D.P. Augus. Iacobi. 2. Epist. 29. ad Hieronymū circa finem. *Quis enim* (ait) *ferat, diuitem eligi, ad sedem honoris Ecclesiæ paupere instructiore contempto?* Et D. Hieronymus, in cap. 1. ad Tit. contra quosdā dicit. *Quôd quidam non quærunt eos, in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse. Sed quos plus ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel dediti. Vel pro quibus Maiorum quispiam rogauerit (& vt deteriora taceam) qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.* Verba sunt Hieronymi.

Ex sanctis Patribus.

D.P. Augu.

D. Hieron.

17

nymi, & ita ex ipso refert Diuus Thomas. 2. 2. q. 185. art. 3. in corpore. *Quod graue esse peccatum, & personarũ acceptionem asseuerat*, ita Diuus Chrysostomus, lib. 2. de Sacerdotio, tom. 1. Diuus Bernardus, per tres libros, de consideratione ad Eugenium Papam. Et hoc idẽ alij quamplurimi manifestissimè testãtur sancti Patres. D. Thom. D. Chrys. D. Bernard.

18 Superest iam probare rationibus. Quia sic dignos dignioribus præferre peccatum est acceptionis personarũ. Quod in materia graui, nõ leue est, sed mortale: vt dixeram, & constat, ex D. Thoma 2. 2. q. 63. art. 2. & est communis Theologorum consensus. Tunc autem acceptionem personarum committi, ex eo constat; quia qui dignum eligit, digniori dimisso, non ex debita causa discernit; sed ex ea, quæ ad rem non facit, personã respiciendo, non merita, quod grauè nimis. *P.* Augustinus existimauit, loco citato, *E*pistol. 29. ad Hiero- *Rationibus idem ostenditur.* *D. Thom.* *D. P. Aug.*

Hieronym.dicens. *Non putandum est esse leue peccatum in personarum acceptione.* Et in hoc præsertim tēpore. *Quidam* pius Doctor admonet aduertendum, quo hęretici, adeò procliues sunt, ad irridēdum Ecclesiasticos ministros tanquam non idoneos.

Secunda ratio ex Fidelitate.

Deinde ex Fidelitate, quam debent 19
dispensatores beneficiorum *E*cclesiæ, & Deo, & ipsi *E*cclesiæ, efficax desumitur argumentum. Nam cum *D*ispē satori, Præsidi, aut Consultori, occurrunt duo dispares ministri, & relicto magis vtili, alium conducit infideliter tractat proprij domini negotium. Similiter igitur, debitam fidelitatem, non seruat, in dispensatione sibi à Christo commissa, qui digniorem dimittit, & alium solùm sufficientem assumit. Similiter qui priuat *E*cclesiam maiori illa vtilitate dignioris ministri, debitā Charitatē nō seruat erga cōmune bonū Ecclesiæ, & hoc in rē graui, & nota-

bili

bili fructu per digniorē pręſtādo Eccleſiaſticā cōmunitatē defraudat. Quod magni pōderis eſt,& momēti. Ergo illicitū eſt,& cōtra fidelitatē ſaltē,& charitatē Eccleſiæ debitā minus dignum digniori in electione præferre.

Tertia ratio ex ratione diſtributiuæ Iuſtitiæ.

20 Pręterea ex ratione Iuſtitiæ diſtributiuę,quę inunaquaq; Republica inter honores,& beneficia cōmunia,quę diſtribuūt; Et merita perſonarū inter quas ſit diſtributio, proportionē expoſcit,aſſertio oſtēditur.Quia cū cōſtet Eccleſiaſtica beneficia,eſſe bona cōmunia Eccleſię: & eius volūtate ordinata ad pręmiū & remunerationē virtutis,& ſciētię,qui debitā proportionē nō ſeruat,ſed min' dignū digniori pręponit,rationē iuſtitię diſtributiuæ tranſgreditur, & grauiter peccat,ordinē in Eccleſia debitū perturbando.

Idem ab inconueniēti deducitur.

Ac tandē ex dānis,quæ hanc iniuſtā diſtributionē conſequuntur apparet.Nā qui videt Eccleſiaſtica beneficia, aut Epiſcopatus , ex humano reſ-

pectu minus dignis conferri; à literarũ studijs auocantur, & ab studioso labore, & emulatione auertũtur: & generatur scandalum, & perturbatio, vbi ratio meriti non habetur: sed tantum ad sufficientiam attenditur. Datur etiam occasio, vt pl⁹ in humana negotiatione confidant (& frequenter illicita) quàm in proprijs meritis, & dignitate, qui ad huiusmodi gradus, & beneficia fuerint promouendi.

Quæ consuetudo inualuerit, seu potius corruptella?

Fateor tamen nimium inualuisse cõsuetudinem, inter Episcopos, & Prælatos, de conferendis beneficijs solũ dignis, dignioribus post habitis: Quę tamẽ corruptella dici potest (vt verbis vtar cuiusdam viri doctissimi, super hoc à me interrogati.) Cum huiusmodi consuetudo, nec auferat, nec auferre possit finem, & naturam institutionis beneficij; neque etiam obligationem illud dignioribus cõferendi. Multoties tamẽ excusantur Episcopi, & Prælati, à mani- 22 23

Quomodo à peccato excusentur qui sic distribuũt.

nifestissima nota peccati; Vel quia munus beneficio iniunctum, non est tanti momenti in Ecclesia, vt si fuerit simplex. Vel quia tot sunt digniores respectu illius, vt parùm, aut nihilum se inuicem excedant. Ac proindè, cum leuis, non euidens, & notabilis fuerit excessus: leue etiam sit inter illos discernere. Leue tamen non erit, si notabilis inter illos fuerit meritorum excessus, & tūc
24 minus dignus, digniori præferatur. Quod maximè debet ab huiusmodi Prælatis aduerti.

Et quomodo peccato sint addicti, si notabilem meritorū excessum non attenderint.

Quare (Christianissimè Princeps)
25 Attentissima debent consideratione pensare ij, quibus iniūctum est à supremo Rege, vt facta inter alios simplici, & honesta distinctione, discernāt, qui fuerint ad illius Regni, Nouique Indiarum Orbis beneficia, & Episcopatus digniores. Et ipsi, vt summo Patrono, eos eligendos proponant; in quorum conscientia, suam Rex deponit confidenter,

Quid pro cōsultationibus debeat à consulibus Regalibus attēdi, cū vnum alteri præferūt, in diuersa graduatione locorum. Primi. 2. & 3.

denter; eisq; illorũ Regnorũ credit vtilitatẽ. Attentè inquam, & timidè consultationes exquirant, & non semel, aut iterũ, promouendorũ cõditiones examinent, vt secundũ cuiusq; gradus, dignitatẽ, aut merita, vnũ alteri præferant eligendũ. Siquidẽ illũ Rex, vt digniorẽ alijs, putat sibi cõsultari, quẽ in loco primo inspicit collocatũ. Et eũ qui in se- 26
cũdo debere ei anteponi, qui in tertio, & sic deinceps. Et quamuis supremus Rex, altissima sua determinatione; & rerũ omniũ consultissima cognitione, aliũ ex suo marte possit designare Pastorem, ijs omnibus sibi consultatis, posthabitis. Id tamen rarò, aut nunquam fecisse cognoscimus. Vt tanto maiorem suis consulibus, solicitudinem ingerat, quo maiorem eis in huiusmodi rebus fidem adhibet, ita vt non alium, præter hos, à suis Consulibus consultatos æstimet digniorem. 27
At quibus est sub periculo salutis æternæ,

Quod Rex aliquẽ posit ex suo arbitrio designare, omnibus, sibi consultatis post habitis.

næ, talis cura, à Deo, à *R*ege, à Regno commissa: nonnè contra *F*idelitatem ijs omnibus debitam facient, si neque Deo inseruiant; neq; Regi obtemperēt; neque Regno de sibi necessarijs, & melioribus prouideant? *E*t alio ducti alios minus dignos, vel quia potentiores, vel quia diligentiores, vel quia à potentatibus, in sui gratiam, & ob alicuius ser-
28 uitij gratitudinē (quod nefas est in *E*cclesia Dei) adiutos, dignioribus, *D*octioribus, rebus ipsis magis expertibus, & terræ ipsi, & eius incolis accommodatioribus, ætate, ac prudentia magis idoneis, Qui, & Deo, & Regi, & Regno, possint dignum præbere famulatum, præferant, eligant, & discernant, & præferendos, eligendos, & discernendos, offerant superiori Patrono? Absit ab eis. Quod a te, tuisq; cō siliibus, Christianissimis, & sapientissimis, abesse, iā diu in toto hoc vniuerso, in illius Noui Orbis prouentum, &
vti-

vtilitatem manifestissimè deprehenditur.

Quomodo sint per diuersos gradus, secundũ cuiusque merita collocandi? Et quæ merita, vt quisque præferatur debeant attendi? Et quibus verbis paritas, vel meritorum diuersitas possit ostendi?

Quomodo autẽ sint per diuersa lo- 29
ca, & gradus, secundùm cuiusq; digni-
tatẽ, & merita collocandi, vt vnus alte-
ri sub pœna peccati mortalis præfera-
tur, in ijs consultationibus, quæ à Re-
gali Senatu, pro officiorũ, beneficiorũ,
& Episcopatuum distributione secun
dùm ordinẽ iam diu pręscripũ, frequẽ-
ter fiunt, & supremo Regi decidendæ
proponuntur? *E*t si nõ leue sit attinge-
re, graue enim nimis est, multorũ meri
ta sic certa, & infallibili statera appẽde-
re; *E*t vniuscuiusque excessum in meri
tis, non humanæ imbecillitatis agnos-
cere. Pro eo tamen vnum aduertas, *E*t 30
in cõtinuis cõsultationibus obseruãdũ
accipias; aduertantque, qui simul inter
sunt consultationibus. Illos, scilicet,
solùm deberi alijs præferri, in gra-
duum, & locorum distributione; Quos
in meritis, officijs, de quibus res agi-
tur,

tur, proportionatis, inspexeris, non quo modolibet, sed notabiliter, & euiden-
31 ter (vt in assertione dixeram) alijs ante poni, præ alijs fulgere, & communi cõ sensu alios anteire, Doctrina, Pietate, Religione, morum probitate, ingenij strenuitate, literarum præstantia; qua alios possint corrigere, illiteratos edocere, deuios reducere, & cunctorũ cõditionib⁹ prouidere. Qui enim sic alijs præstant; vt alijs præferantur, & rationi, & Iustitiæ, & debitæ Ecclesiæ fidelitati consentaneum esse, Quis non videat? Quia qui sic excedit, notabiliter, & euidenter excedere, putandum est. Et hunc alijs præferri, & in primo loco constitui; Vel secundo proportionaliter, & debent, & tenentur Christianis-
32 simi Consules. Si tamen sic non innotescat promouendorum excessus, & talis nec fuerit inter eos notabilis, nec euidens; absque graduum, & locorum distinctione in vna, eademque linea

Quæ merita vt quisque præferatur debeant attendi.

(vt

Qui pares fuerint in meritis, id-est, qui notabiliter, non se excedũt, quomodo cõsultari debeant.

(vt ita dicam) etsi fieri posset, non ordinatè, scilicet, vnus post alium, scribi, & 33
consultari deberent; sed quia huiusmodi si multas, & indistinctio, & verbis, & scripto repugnat (vnus enim post aliũ, & scribi necesse est, & nominari) ille, qui sic fuerit absque notabili excessu priùs scriptus, non dignior, non præstantior ęstimandus est; sed æqualis dignitatis, cũ alijs simul consultatis. *Q*uod

Quib⁹ verbis æqualitas meritorũ poßit insinuari ne ex antelatione scriptionis, maior dignitas scripti colligatur.

supremi Cõsules, ijs si placuerit verbis, 34
possunt insinuare (*Y de este tiene ygual satisfaction el Consejo.*) Quibus æqualitas dignoscitur. Vel saltem non esse notabilem, & euidentem excessum inter eos. *H*oc tamen attentè debet pensari. Ne fortè qui aliàs forent indigni, dignis in alicuius dignitatis consultatione coæquenter, respectu quorum, potest esse notabilis excessus illius, qui aliàs, respectu aliorum, solum reputaretur dignus: & in hac consultatione, debet, vt dignior existimari,

Si ta-

Si tamen æqualiter digini, & à Consulibus agnoscantur, & supremo Regi consultentur, & ita æquales proponãtur, vt inter eos non sit facilè excessum maioris dignitatis agnoscere; sed dubia maneat, & anceps circa quemlibet eorum electio. Tunc: Quia nullus illorum, cum neutrius sit, habet ius aliquod Iustitiæ, vt sibi beneficium, officium, vel Episcopatus, & non alteri conferatur: & Iustitiæ virtus, æquitatisque ordo dictet postuletque, vt alteri illorum detur; Liberum erit supremo Dispensatori cui voluerit elargiri. Vt c. præcedenti insinuauimus, & apertissimè docent M. Salas. 1.2. tom.1. tract. 8. disp. Vnica. de Conscientia, sect. 23. numer. 240. & Magister Ledesma, de Matrimonio, quæst. 45. art. 1. dub. 2. ad. 3. argument. primæ sententiæ. Vbi ait rem indiuiduam, in tali casu posse iudicem cui voluerit applicare: & exemplum in beneficio Ecclesiastico cõstituit, &

Quid possit fieri si æqualiter digni consultẽtur.

Quemlibet eorum eligi posse.

M. Salas.

M. Ledesm.

M. San-

M. Sãchez. M. Sanchez. 2. tomo. de matrimonio, disp. 41. illatione. 4. post primam conclusionem, num. 16. Licet M. Ledesma impugnet, eiusque assertionem non approbet, in eo, quod sermonẽ instituens de Commutatiua Iustitia, Simile in Distributiua posuerit, in qua nulli illorũ est ius: de ijs tamen, quæ ad Distributiuam spectant, idem censisse iudicandum est.

Qua sciẽtia cognosci debeat, ij, qui consultãtur, vt digni habeantur?

35 Sed adhuc conscientiæ timidus, Si quæras. Qua scientia cognosci debet, ij, qui consultantur, & supremo Regi proponuntur; vt digni habeantur? Sufficit, ne quomodolibet illos nõ agnoscere indignos; Vel necessarium est, illos positiuè scire esse dignos, Vt ex omni parte securè proponantur, & cõsultentur?

Non solũ requiri illũ nescire indignũ, sed oportere illũ positiuè dignum agnoscere.

36 Huic accutissimæ postulationi. Respondeo. Non solum requiri, vt nescias, illum, quem eligẽdum proponis, esse indignum: sed debere etiam positiuè

uè ſcire, eſſe dignum. Quod, & reſpectu collatorum, & conſultantium tenet, & probat M. Leonardus Leſsius, in ſuo de Iuſtitia, & Iure, libr. 2. cap. 34. Dub. 12. numer. 56. ex Adriano in. 4. tractat. de Reſtitutione, quæſt. de Diſpenſatione beneficiorum. Quia ex officio tenentur conſultiſsimi Conſules, quantum in ſe eſt curare, vt dignioribus officia, beneficia, ſeu Epiſcopatus
37 conferantur. Debent ergo poſitiuè iudicare eſſe dignos. Grauiter enim peccant Patroni, & qui Patronum conſulunt, ſi aliquem præſentent, & præſentandum conſulant, de cuius vita, moribus, doctrina, & alijs à Iure requiſitis, non ſint ſatis informati, & inſtructi, per viros probos, & idoneos, tantæque fidei dignos, vt meritò poſsint abſque nota leuitatis, confidere eos eſſe idoneos; de quibus ſecurum exhibent teſtimonium. Grauiſsimùm enim eſſet, graue onus, & quod ex Tridentina Synodo

M. Leßius

Adrianus.

Ratio qua conſtat, aſſertio.

Hoc maximè attendatur.

Trid. ſeſſ. 6. c. 1. in decre. de reform.

nodo semel dixeram. *Angelicis humeris formidandum.* Bonumque opus, vt Episcopatum, Apostolus compellauerat, ignotis viris, incertis viribus, & de quibus, non posset esse plena securitas, portandum imponere, cùm tam cudenti periculo, eius qui eligitur, & eorum, ad quorum administrationem assumitur. Scias igitur oportet. Qui sit? Quantum possit, Quibus meritis, inter alios emineat, vt vel inter alios annumeretur, cum æquali meritorum insinuatione, vel alijs, in consultationibus, vt notabiliter, & euidenter excedens, præferatur.

Contra verã determinationem obstant. *Primum.* *Gloss. c. Licet. ergo. 8. q. 1.*

Sed dices. Quid tam arctè de peccato mortali minaris, qui suauiter te iactas, hoc determinare curasse? Cũ Glossa, in cap. Licet ergo. 8. q. 1. Digniorem dimittere, & solùm dignum assumere, non æstimet mortale peccatum. Quia nemo tenetur ad melius; sed ad bonum, & vitandum malum. Et melius ope- 39

operari consilium sit, non præceptum. At qui beneficium, aut Episcopatũ digno conferat, operatur bonum, quamuis melius faceret, si dignioribus conferret. Saltem ergo digno conferre: et si dimittatur dignior, mortale nõ erit. Et idem tenet eadem Glossa, in cap. Constitutis, de appellationibus, & cap. 3. de Iure Patronatus, refertque Adrianus, ibi idem tenuisse Ioannem Andream super dictum cap. Licet ergo, & id quidem tribuunt Caietano, Iantaculo. 12. & 94.

Gloss. c. Consti. de appel. & c. 3. de iure patro, Adria.

Caietanus.

40 Quæ etiã, & Iuris Diuini, & Canonici testimonijs, inuenio posse probari, dices; Diuini Iuris, illud est D. Pauli præclarũ assertũ, qui quotiescũq; explicat, cõditiones Episcopis, & Prælatis necessarias, per verba positiua, non autẽ comparatiua loquitur, vt ad Timoth. 1. ca. 3. *Oportet Episcopũ irreprehensibilẽ esse, vnius vxoris virũ, sobriũ, prudẽtẽ, Doctorẽ, nõ vinolentum, nõ turpis lucri.* Et

Secundũ ex Scrip. sacra.

1. ad Tim. 3.

 idem

Ad Tit. 1. idem ad Titum. *1.* non tamen dixerat Paulus magis ſobrium, Prudentiorem, irreprehenſibiliorem, Doctiorem, &c.

Tertium ex iure Canonico. *I*us etiam Canonicum idoneum tantum miniſtrum expoſcit, in *E*lectione *E*piſcoporum, & aliorum beneficiorum, quibus animarum cura eſt annexa, in cap. Si in plebibus. 63. diſt. Vbi vacante Presbyteratu præcipitur. *Vt cum clero, & populo talis eligatur, quatenus dignus Paſtor in Domū Dei conſtituatur.* Vbi non dixerat, dignior, ſed dignus. *E*t cap. Licet, canon, de *E*lectione, & electi poteſtate, in ſexto, ex Concilio Lugdunenſi deſumpto, aſſeritur. *Quod nullus ad regimen Eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus, ſcientia, moribus, & ætate.* Ac tandem nouiſsimè, in Concilio Tridentino, ſeſsione. 7. cap. 3. de reformatione. *Inferiora (inquit) beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habētia perſonis* 41

Ca. Si in plebibus. 63. d.

C. licet. can. de Elect. & Elect. poteſtate. in. 6.

Con. Tri. ſeſ. 7. de reform.

sionis dignis, & habilibus conferantur. Et nõ dixerat, dignioribus, aut habilioribus. Et citat constitutionem Alexandri Tertij in Latheranensi, & Gregorij Decimi in generali Lugdunensi Concilio. Idem etiam habetur sessione. 24. cap. 12. in Decreto de reformatione. *Et sess. 24. c. 12. de refor.* Quid ergo (dices) tam graue nobis imputas peccatum, si digniores dimittamus, dummodo dignos eligamus?

42 Ratio item non leuis id ipsum suadere videtur. *Quartũ ex ratione.* Quia qui confert beneficium, aut Episcopatum digno, digniori dimisso, nequè Ecclesiæ, nequè digniori facit iniuriam: non ergo mortaliter peccat. Non enim est assignabilis alia causa, cuius ratione delinquat. Quod verò nulla Ecclesiæ irrogetur iniuria, ex eo cõstat: Quia dignior non tenetur, plus in ea laborare, quam dignus, ratione stipendij. Vterque enim suum munus adimplet, si pro ratione stipẽdij laboret. Sicut mercenarius for-

tior, & robustior ratione eiusdem stipẽdij, non tenetur plus laborare, quã fortis, & robustus. Neque is in hoc conducenti, a quo receperat stipendium, facit iniuriam; & idem in Ecclesia contingit. Neque præterea digniori irrogatur iniuria; quia non eligitur ad honorem; sed ad onus ratione stipendij: ergo sicut, qui operarios conducit, nullam iniuriam robustioribus, aut fortioribus faceret, si dignos robustos, & fortes conduceret; ita qui beneficium confert, nullam iniuriam irrogat digniori, si dignum assumat. 43

44 Horum autem obiectorum subtilitatem supplex venerans, si mihi liceat per te; qui sacramentum veritatis inquiris, ea omnia breuissima resolutione dissoluam. Dicens primo ex Glossa desumpto, quod qui digniori dimisso dignum assumit, non facit bonum; sed malum, contra fidelitatem, & Iustitiam Distributiuam. Quare

Ad primum ex Glossa.

re Glossam, ibi adductam ex Iure Canonico interpretor cum Couarruuias Relectione in Regula Peccatum, part. 2. §. 7. numero. 3. & Nauarro locis adductis. Quantum ad validitatem, & firmitatem collationum. Vt suprà nos cap. 5. Nam si beneficium datur digno, valida est, & firma electio, etiam si dignior prætermittatur. At quantum ad rationem peccati, aliter loquendum est; multa enim male fiunt, quæ tamen facta tenent.

Couarru.

Nauarro.

45 Illud verò, quod dicitur, neminem ad melius teneri, Sic soluimus. Quod comparatione facta in aliquo actu, vt benè fiat, aut melius, non esse in præcepto; sed in consilio, vt melius, aut intensius fiat. Sed comparatione facta ad materiam, circa quam versatur actio, aut electió multoties est in præcepto, vt id, quod melius est, & dignius præferatur, & in tali

Neminẽ ad melius teneri, quomodo debeat intelligi.

casu, non censetur bonus actus, eligere dignum digniori posthabito. Sed cõparatio fit inter actum malum, & actũ bonum, quando dignior prætermittitur, aut quando dignior eligitur. Neq; est in consilio, vt magis dignus præferatur, sed in præcepto.

Ad. 2. ex iure Diuino. 46 *I*uris Diuini argumentum secundum ex Paulo, enodamus, asserendo. Quòd quamuis ipse non vtatur verbis comparatiuis, tot tamen conditiones ad *E*piscopum requisitas enumerat, vt facilè ex illis colligi posit, Digniorē esse eligendum: Quia is, in quo omnes reperiri necesse est, dignior erit alijs, in quibus vna, vel alia ex ijs solùm inueniatur.

Ad. 3. ex iure Canonico. 47 *I*uris Canonici argumentum Tertium soluimus. Quòd tantùm probat, collationem factam minus digno digniori post habito, validam esse, in foro exteriori, vt supra dixeram. Non tamē inde probatur electores, nō teneri digniores

niores eligere, in foro conscientiæ, sub mortali; vt in assertione ostẽdimus, ita Couar. loco citato, & Lessius, ibi. n. 69.

Couarrus. M. Lessius.

48 Vel secundò respondeo, cum Doctore Ludouico Molina, de Primogenijs Hispanorum, libr. 2. cap. 5. numer. 55. *I*ura Canonica non disponere principaliter dignum esse eligendum: sed præferendum esse meliorem, ac digniorem: vt habetur, cap. Licet ergo. 8. quæst. 1. Permittunt tamen, quod dign⁹ eligi posit, etsi dignior prætermittatur. Vt maiora inconuenientia vitentur, vt inquit Glossa, in dicto. cap. Licet

Alia eiusdẽ solutio ex D. Lud. Molina.

Cap. Licet ergo. 8. q. 1.

Gloss. ibi.

49 ergo, verbo, *Qui præstantior*, Cum igitur hæc non sit præcisa *I*uris Canonici dispositio, sed vnius mali permissio, ne totus mundus litibus inuoluatur; & vt maiora etiam mala vitentur: consequens est, vt is, qui id fecerit, non min⁹ à peccato liberetur, quàm qui publica lupanaria exercuerit, vel alia peccata commiserit; quæ à *I*ure etiam Canoni

Dignum eligere prætermisso digniori, à Iure nõ præcipi, sed permitti, vt maiora mala vitentur.

 co,

co, vt maiora mala vitentur permissa sunt. Idque in Electione loquens sic in affectu resoluit Decius in capi. Constitutis, de appellationibus, numer. 5. Verba sunt Molinæ, melius enim mihi est, mutuum accipere, & fateri, quàm de furto conuinci, præcipuè, in re grauissima.

Decius.

Ad quartũ, ex Ratione.

50 Rationi verò, quæ vt rationibus oppugnaret, adducta est, occurritur asserendo. Duos respectus interuenire in Electione ad beneficium, alterum in ordine ad Ecclesiam, cui debetur dignus minister, ratione stipen- 51
dij, quod illi applicatur. Qui respectus pertinet ad Commutatiuam Iustitiam, cui satisfit conferendo beneficium digno, quamuis non seruetur debita fidelitas, excludendo magis dignum. Alter autem respectus, est ad merita illius, cui beneficium confertur, qui pertinet ad Distributiuam Iustitiam, cui non satisfit eligendo

Duplicẽ esse respectũ in Electionead benef. & ex vtroque delinqui.

gendo minus dignum. *Et* propterea ex duplici parte, peccatum committitur, & ex defectu debitæ fidelitatis, & ex defectu proportionis, quam requirit *Iustitia Distributiua.*


52 Illud verò, quod obijcitur, de honore, & onere, vel soluas, asserendo, non solùm eligi ad onus; sed ad honorem, qui ad Episcopatum eligitur. Vel secundò, Quòd eligitur ad onus ratione stipendij, quod sibi est vtile, & forsam necessarium, & fit illi iniuria, si dimittatur; etsi onus esset, non honor, ille etiam eligi deberet ad illud, qui scientia, prudentia, ætate, rerum cognitione, & experientia, siue commissæ hæreditatis, labores, & erumnas, pondusque diei, & æstus, varias terrarum, ac gentium conditiones (quod nimis graue est) meliori, ac vtiliori modo possit tollerare. Quia ad bonũ opus, hoc est, ad graue onus portandum, oportet

Ad illud, si qui eligitur, ad onus, vel honorem eligatur.

oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, castum, prudentem, &c. ait Apostolus.

CAPVT VII.

Sit ne, semper, mortale peccatum, non eligere digniorem?



LLVD, semper, aliud insinuare videtur discutiendum; præter id, quod dictum est præcedenti, c. 1
Quod sic licuit proponere, vt singularem sententiam M. Soto, libr. 3. de Iustitia, & Iure, quæstione. 6. artic. 2. in solut. ad. 5. & M. Aragon. 2. 2. quæst. 63. artic. 2. quæst. 1. Quam verissimam censeo, pro resolutione adducam. Ipsi enim asseuerant, esse quidem mortale peccatum; Quando ad benefi 2
cium curatum eligitur ille, qui notabiliter

M. Soto
M. Aragon.

Ad beneficium curatũ

liter est minus dignus: Quia fraudatur Ecclesia, magno quodam bono sibi debito, saltem ex charitate, & fidelitate. Et hoc præsertim verificari in prælatis affimant, Qui obligantur, ex lege Concilij Tridentini, sessione. 24. c. 18. per concursum, & oppositionem beneficia conferre, & non alijs, quàm dignioribus. At verò quantùm ad beneficia simplicia, non reputari mortale peccatum, dũmodò digni eligantur. Quia inter eos, qui ad talia beneficia sunt digni; non est magnum discrimen in ordine ad officium, nequè magno aliquo bono fraudat Ecclesia. Propter quod, non præcipit Ecclesia hæc beneficia conferri præmisso examine, & Inquisitione meritorum; Sed solùm hæc debita inquisitio, circa curata beneficia maioris dignitatis præscribitur, & circa dignitates aliquas, & canonicatus, qui facta oppositione conferuntur. Vndè indicium sumitur, quòd in alijs beneficijs

minus dignũ eligere est mortale, non tamen ad beneficiũ simplex.

Conc. Trid.

ficijs Simplicibus, hæc accurata meritorum inspectio, non requiratur; sed solùm, vt idonei eligantur. Et communiter, non reputatur graue peccatum, si semel, aut iterum aliquis minusdignus assumatur. Si tamen frequenter nulla haberetur ratio maioris dignitatis, ad simplicia beneficia; sed magis digni parui fierent, & contemnerentur, mortale esset peccatum, & propter scandalum, & propter graue damnum, quod inferretur Ecclesiæ. Et hãc, vt verã sententiã amplectitur. Leonar. Les. libr. 2. de Iust. & Iur. c. 34. de beneficijs. dubi. 14. n. 66. Qui nõ semper mortale incurri, si semel, aut bis, dignior prætermittatur, asseuerat, de ijs beneficijs loquens. 4

Nõ esse peccatũ mort si semel, aut iterũ minus dignus assumatur ad beneficia simplicia, bene tamen si frequenter nulla haberetur ratio maioris dignitatis. M. Lessius.

Similiter iudicandum esset mortale, vt docet Nauarro, Miscelaneo. 4. & 43. & 36. de oratione, nu. 77. Quando in aliquo beneficio simplici magni momenti, cui annexum esset suffragium, ad gubernandas res Ecclesiæ præter- 5

Nauar. senten. in benef. simpl magni momẽti, cui anexum est suffragium ferre, præter mittere notabiliter dignũ est mortale.

termitteretur ille, qui notabiliter esset dignus, vt sunt Canonicat⁹, & aliæ Ecclesiarum præbendæ. Quarum distri-
6 butio, tibi supremo Præsidi, Regalibusque consulibus, qui tecum huiusmodi rebus intersunt, commissa est, in illius Noui Orbis partibus, earum iniusta dispensatio, quia magni momenti est, debet iudicari mortale. Quia tunc excusatio à peccato locum non habet, propter leuitatem materiæ, aut propter exiguam meritorum distantiam. *Ita* Couarruuias, in Regula Peccatum. 2. p. §. 7. numer. 5. Maior. in. 4. distinct. 15. q. 9. Magister Salon. 2. 2. quæstione. 63. artic. 2. folio. 1114. & sequentibus, & consentire videtur Diuus Thomas, Quodlibet. 8. artic. 6. & Quodli. 6. art. 9. & Rebello, de obligationibus Iustitiæ, prima parte, libr. 3. quæstione. 4. sectione. 4. numer. 11. §. Sed quid. Et Lessius, de Iustitia, libr. 2. cap. 34. dub. 14. num. 66. *Couar.* *Maior.* *M. Salon.* *D. Thomas.* *M. Rebello.* *M. Lessius.*

Et sic

Vtraque sententia conciliatur.

Et sic conciliari potest vtraque Nauarri, & Soto sententia. Quasi velint 7
semper esse veniale peccatum, acceptionem personarum in distributione beneficij simplicis, vt diximus: & est sententia Gabrielis, in. 4. dist. 15. quæst. 7. artic. 3. & pro se citat Alensem, & cũ vtroque asserunt Angelus, verbo, Electio. §. 21. & Petrus de Nauarra, lib. 2. de restitutione, cap. 2. nu. 19 Illi tamen solũ loquũtur, quãdo non est notabilis excessus meritorũ, in ordine ad beneficium, & officium. Vel quando non habet adiunctam obligationem, gubernationis Ecclesiæ, per se, vel per suffragia in capitulo ferenda, vt dixeram fore Canonicatus. Pro quibus elargiendis, accurata debet esse meritorum ins- 8
pectio, in illis præcipuè Noui Orbis partibus; Vbi hoc vnum illius Regni filij, pro præmio, & suarum literarum remuneratione, obtinendum sperant, & ni æqua fiat distributio, à labore, & litera-

Gabriel.
Alensis.
Angelus.

Petrus de Nauarra.

Notãdũ maxime pro distributione canonicatuũ Noui Indiarum Orbis.

terarum vigilijs facilè auocātur, si alios, vel quia diligentiores, vel quia præsentes; alijs, qui humiles sunt, vel quia absentes, oblitis, videant anteponi.

CAPVT VIII.

Quæ conditiones debeant attendi, vt aliquis sit beneficio dignus? Et personarum acceptio vitetur?



HOC iam diù me spectat, cum tam latis discursibus, de dignioribus, dignis præferendis, & de indignis omninò relinquendis, sermo protraheretur, nō inutilis. Et hoc (Clarissime Princeps) tibi promisseram differēdum. Multoties enim pietatem tuā, à me suspicor, simulata interrogatione percontasse. Tu qui sic digniores asse-

ris præferendos, Quæ nam conditiones sunt attendendæ in personis, vt in dispensatione beneficiorum, & Episcopatuum, dignus, vel dignior eligatur? Et tam graue acceptionis personarum peccatum ammoueatur? Cum communis Ecclesiæ obtineat consuetudo, vt in aliquibus Ecclesijs, solùm ad beneficia admittantur homines illius Diœcesis, vel Ecclesiæ. Etiamsi digniores alij reperiantur, extra talem Episcopatum, & populum. Et Summus Pontifex beneficia cõferat etiam cum cura animarum, ijs, qui solum reputantur digni, nulla examinatione præmissa, an alij digniores inuenirentur?

Non est ita facilè tuum determinare quæsitum, & huius tui argumenti rationem reddere. *Quia omnes viæ hominis patent oculis eius, & spirituum ponderator est Deus.* Vt ait Salomon, Prouerb. 16. Sed quantum humanæ licet infir- 2

Prouer. 16.

infirmitati discutere, huius tui argumẽti assignando exceptiones, in quibus liceat aliquando absque personarum acceptione, prætermisso digniori, dignũ eligere. Et conditiones in personis, attendendas insinuabimus.

3 Prima exceptio est. Quando ex lege, aut constitutionibus Ecclesiæ determinatur, vt solùm electio fiat inter personas aliquas ad certam congregationẽ pertinentes; tunc enim, quamuis dignior reperiatur in alia, nõ est necessariũ illũ digniorẽ eligere; quia tũc leges ipsæ dignũ digniorẽ faciũt: vt ita dicã. Ita Leonardus Lessius, de Iustitia, & Iure, lib. 2. cap. 34. dub. 13. numer. 59. vt si Decreto Canon eligendus sit aliquis ex clericis eiusdem Ecclesiæ. Vt cap. Nullus, & cap. Obitum. distinct. 61. & cap. Metropolitano. distinct. 63. Ex quibus constat, olim ministros eligi debuisse, ex clericis eiusdem Ecclesiæ; si aliquis erat idoneus, hæc enim institu-

Exceptiones aliquæ ad cõmunẽ regulã eligẽdi digniorem.

Prima exceptio si ex lege, aut statuto Ecclesiæ electio fiat inter personas alicuius congregationis.

M. Lessius.
C. Nullus.
C. Obitum.
C. Metrop.

Electio Sũ. Pont.

C. Oport. 79 d. C. Nullus d. 79. ex Cõcil. sub Step. 3.

tio dignum, dignissimum instituit. Et quantum ad Summi Pontificis electionem, determinatur. Ca. Oportebat. 79. dist. & cap. Nullus, dist. 79. ex Concilio, sub Stephano Papa. *III.* Vt ex Cardinalium congregatione eligatur. Nam etsi contingere posit, vt extra eam congregationem, dignior absolutè inueniatur: Tamen, quia moraliter loquendo, possent sæpe sequi schismata, & alia incommoda, quæ bono communi obstarent, si aliunde solicitè quæreretur eligendus. *I*dcircò, qui inter Cardinales, est dignior, est dignissimus electione in ordine ad bonum cõmune. Præterquàmquod, cum Cardinales sint rerum Ecclesiæ peritissimi (id quod maximè ad huiusmodi munus exigitur) rarò, aut nunquam, extra illam congregationem erit aliquis, qui omnibus ritè pensatis, sit dignior *P*ontificatu.

Vt ex congregatione Cardinaliũ eligatur.

Electio Episcoporum.

Quantum ad Episcopos, & ad alia officia,

officia, determinatur in cap. Nullus, distinct.61.& cap. Metropolitano, distinct.63. Vt ex gremio eiusdem Ecclesiæ, aut populi eligantur. Quod iustissimè præceptum fuisse grauiores testātur. Nam quamuis alibi possent absolutè reperiri digniores; tamen illi sunt præstantiores, omnibus consideratis, propter maiorē affectum, quem quisque habet, erga propriam Ecclesiam, Ciuitatem, & populum, vt sentit Sanctus Thomas. Et propterea satis est; vt inter dignos illius congregationis, vel populi, qui dignior est eligatur: modo non sit indignus, quamuis sit minus dignus respectu alterius, de aliena Ecclesia, iuxta cap. Metropolitano. dist. 63. & alia iura, ac Glossam, capitis, Bonæ memoriæ, de Postulationibus; Clericus enim propriȩ Ecclesiȩ magis notus est, acceptus, & vtilis. Ita etiam Rebello. 1. p. de obligationibus Iustitiæ. lib. 3. q. 4. sect. 4. nu. 2. Vbi ait, hoc fieri debere.

C. Nullus. d. 61.
C. Metropo. d. 6 .
Vt ex gremio eiudem Ecclesiæ, & populi assumantur.
D. Thomas.
C. Metropo. d 63.
Gloss. in c. Bonæ memoriæ, de postulat.
M. Rebello

Tũ, quia alienæ Ecclesiæ, suis ministris dignioribus non defraudẽtur. Tũ, quia auferetur ab eis occasio frequenter mi grandi in alienas. At tamen, Petrus de Nauarra.2.p.de Restitutione, lib.2. Aduertit, plerisque in locis consuetudine esse abrrogatam legem illam, vt de gremio Ecclesiæ alicuius eius eligatur Episcopus, aut Parochus, & in Regnis Hispaniæ, id solùm communiter obseruatur: vt alienigena, ex alieno inquã Regno ad beneficium non admittatur, circa quod docet Couarruuias in Practicis resolutionibus, c. 36. Nõ admitti à Regibus Hispaniæ dispẽsationem Sũmi Pontificis; sed ab ea supplicari. 6

In aliquibus partibus legẽ hãc cõsuetudine esse abrrogatã tenet Nauar.

Couar.

Cui addo, Quod si in partibus Indiarũ nõ alia quã in Hispaniæ Regnis, consuetudo obseruatur, neq; alia pro illis, ac pro ijs lex est instituta, ad beneficiorũ, & Episcoporũ promotionẽ, vt ex legibus, & statutis illarũ Ecclesiarũ constat, addo inquã id, ad quod te vellẽ persuassum 7

Pro eligẽdis ad Episcopatus, & beneficia, ex filiis illius Noui Orbis Regni, solum.

suassumhabere. Quodsicut in Hispania nō ab alio Regno ministri, aut Episcopi admittūtur. Similiter, neq; in illis Noui Orbis partibus (dūmodo in eis idonei, & dignißimi reperiātur) admittātur extranei. Quicunq; enim alij à Reg-
8 no, & Regni conditionū ignari, extranei dicūtur. Liceat sic loqui, etsi nō rigoroso Iure, sic debeat intelligi, Quia inter dignos illius Regni, dignißimi possunt inueniri, qui si attēta rei cōsideratione, Ecclesiarū vtilitate, terrarū, & Regni neceßitate, & itē ministrorum idoneitate, & alijs partibus ad illius gubernationē necessarijs, electio fiat. Digniores erūt ad officia, & Episcopatus, ad quos alij absolutè digniores, min⁹ digni cęseri poßūt. Vel quia non ita vtiles, vel quia nō ita illarū Ecclesiarū neceßitatib⁹ accōmodati: đ quo satis dixi, hac 2.p.c.3. Et iterū pro electione Episcoporū illi⁹ Regni, debere attētißimè cōsiderari, Testor corā Deo, & Angelis eius.

Secunda exceptio. M. Valentia.
D. Nauarr.
Quãdo aliqua circunstãtia occurrit ad bonũ cõmune Ecclesiæ.
Vel propter insignẽ nobilitatem eius qui assumitur, vel eorũ qui intercedunt.

Secunda exceptio ponitur à M. Va-
lentia, tom. 3. disp. 5. q. 7. punct. 2. §. 3. & 9
a Nauarro, loco citato. Quando in eo,
qui erat minus dignus occurrit aliqua
circunstantia ad bonum cõmune Ec-
clesiæ pertinens, per quam minor eius
dignitas suppletur; tunc erit ille dignus,
cui beneficium conferatur, alio dignio-
ri posthabito. Vt si propter insignẽ no- 10
bilitatẽ iudicetur, res Ecclesiæ promo-
turus, aut eius cognati insignia aliqua be-
neficia in Ecclesiã contulerint, aut illi
qui intercedunt, & beneficij collatio-
nem postulant, id præstiterint. Sup-
pletur etiam aliquando dignitatis ex-
cessus, respectu pietatis, & misericor-

Vel ex pietate, quãdo minus dignus notabiliter indiget.
Sum. Pontif. facta approbantur.

diæ. Quando minus dignus notabiliter 11
indiget, & eius propinqui: Dignior autẽ
abundat, aut sæculari redditu, aut Ec-
clesiastico. Ex quibus multa facta Sũ- 12
morum Põtificũ approbãtur: dum be-
neficia videntur minus dignis contu-
lisse. Licitè tamen, & iustè propter alios
respectus

respectus communis boni, quos oportet Summum dispēsatorem attendere. Non tamē, vt aliqui minus cōsideratè, beneficiorū Dominū. Ac propterea dicunt, nō peccare, cùm ea minus dignis confert. Nam, vt optimè Nauarrus colligit Miscelaneo. 35. Ex illo Pauli. 1. Corint. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū Dei.* Etiā Sūmus Pōtifex, dispensator est rerū Ecclesiæ, & nō Dominus.

Non esse Dominum beneficiorum, sed Dispensatorē tātum.

13

Nauarro.

1. Cor. 4.

Si sine causa minus dignū assumat, peccat.

14 Quare si absquè legitima causa, prætermitteret digniorem in beneficij collatione, peccaret sine dubio. Vt constat, ex Nauar. in Comen. ad c. Nō licet Papæ. 12. q. 2. de Spolijs Clericorū. §. 3. n. 4. 5. & 6. & in Miscel. 40. de orat. n. 77. & M. Soto lib. 3. de Iustitia, & Iure. q. 6. artic. 2. sol. ad. 5. argumentum.

Nauarro.

M. Soto.

15 Tertia exceptio ponitur, Quando Electores vident, se nō posse obtinere, vt dignissimus eligatur, & suum suffragium applicant minus digno, qui tamen

Tertia exceptio, Quando Electio digniori obtineri non potest.

mē dignior est inter illos, de quorū electione speratur. Nō enim tenētur frustra applicari suffragiū, magis digno; sed digniori inter illos, qui moraliter loquēdo, eligi possūt. Qua etiā ratione nō tenētur eligere digniorē, qui iā alterius Ecclesię curā, & rationē habet. Sequeretur enim frequens Ecclesiarum mutarum, cum magno earum detrimento, si ad hoc tenerentur electores. 16

Nō tenēt electores Episcopos, aliarū Ecclesiarum promouere.

17

Conditiones, quæ specialiter debent attendi.

Hæc sunt exceptiones, quæ personarū acceptionē excusant, & quę cōditiones promouendorū ostēdunt. Quibus vnū addimus aduertendū pro eligendorum conditionibus, vt capitis inscriptioni assertiuè respondeā. Ne plura, quæ in infinitū sermonē protraherēt, differamus. Quod cōditiones ad beneficia, & Episcopatus necessarias Doctores ennumerāt, & eas debere ab electoribus attēdi, cōmuniter asseuerāt. Videlicet. Videlicet. *Scientiam, Ætatē, Morum probitatem, Prudentiam, Vires corpora-* 18 19

Sciētia, Aetates, Probitas, Prudētia Vires corporales, debita diligētia, &c.

porales ad officij administrationẽ requisitas, Debitã diligentiã. Quare ille dicetur dignior, Qui omnibus partibus necessarijs inspectis, aptior iudicetur, aut cui pauciora deficiunt, ad perfectã muneris, sibi iniungendi administrationẽ. Quod verò necessariæ sint conditiones, Scientia, Mores, & AEtas, constat,
20 ex cap. Cum in Cunctis. §. Inferiora, de Electione, & cap. Cum nobis olim, & cap. 1. de ætate, & qualitate præficiẽdorum. Quod verò Prudentia etiã requiratur, constat, ex Concilio Tridentino sessione. 24. c. 18. Quæ quidem, & alia quæ officiant, vt homo tali dignitate, vel officio ornatus, promoueat bonũ communitatis Ecclesiæ (ad quod omnis bonorum communium Distributio ex natura rei ordinatur) attentè consideranda sunt, & attentè considerat; singulariterque per omnia discurrit Magister Lessius, de Iustitia, & Iure, libro. 2. capite. 34. Dub. 17. 18.

C. cum incũctis C. cũ nobis olim. c. 1. de ætate, & qualitate.

Conc. Tridẽ.

M. Leßius.


17. 18. 19. 20. vsque ad. *24.* inclusiuè. Vbi,& animi,& corporis conditiones satis abundè disquirit. Et sic omnia illa, quæ huic fini conferunt, vel magis conferunt, coniuncta cum hoc, aut illo officio, vel dignitate hic, & nūc, personam dignam, aut digniorem efficiēt tali dignitate. Et è contrà omnia illa, quæ bonum communitatis impediunt, vel minuunt, obstare debent, quominus quis eligatur. Quæ omnia 21
prudenter consideranda sunt, pro di-diuersitate præbendarum, pro locorum consuetudine, pro terrarum varijs linguis,& conditionibus, pro rerū necessitate,& Ecclesiarū maiori prouentu,& vtilitale. Quibus, etsi non facilè sit cōgruū, & salutare præbere re- 22
remedium; Dispensator tamen, nimiùm anxius esse non debet, si moralem diligentiā adhibeat, vt ijs omnib⁹ proportionatè prouideat, & digniorē pro eis assumat. Solus enim Deus, qui

Dispensatorē non debere nimium anxiè disquirere si moralē diligentiā adhibeat.

qui omnia nouit, vtrũque potest æqua statera ponderare.

CAPVT IX.

Quæ, & qualis scientia sit necessaria, in ijs, qui ad beneficia Ecclesiastica, & Episcopatus assumuntur, Vt digni existimentur?



E illud, quod præcedenti capite, de Qualitate, & conditionibus præficiẽdorũ: ita in cõmuni assertum potius difficultatem electoribus ingerat, quàm tenebrosam hanc confusionem amoueat, hic instituitur discursus. Et quia de alijs qualitatibus, alijs in locis huius nostri tractatus disseruimus, & vna ex ijs, quæ habentur in capite Cum in Cunctis. § infe-

C. *Cum in cunctis. §. inferiora, de electione.*

C. Cum nobis olim. *C. 1. de ætate, & qualitate.*

§. inferiora, de electione, & cap. Cum nobis olim, & cap. 1 de ætate, & qualitate præficiendorũ; est scientia, vt Ecclesiæ Dei sciat præesse, qui ad illius gubernationem assumitur, de ea, quæ, & qualis esse debeat, & necessaria Iura postulent, in promouendis, præsens erit Inquisitio. Ne aliquis eligatur ignarus, de quo dici possit, illud, quod Oseæ. 4. dicitur. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Quod non solum de omnimoda ignorantia; sed, & de minus sufficienti scientia omnes intelligunt. Cap. Omnes. 38. distin. Quod est ex. 7. Synodo, &. c. Nisi cum pridem, de Renũtiatione, quod est Innocentij Tertij. Vbi hæc verba afferuntur, vt probent, indignum esse Episcopatu, qui fuerit indoctus: & ita Diuus Bernardus, Sermone. 36. in Cantica, de eruditione similiter exposuit, & hunc etiam approbat intellectum. D. Ribera, in Prophetas minores, Oseæ. 4. num. 1

Oseæ. 4.

C. omnes. 38. d. ex. 7. Synodo. *C. Nisi cum pridẽ, de renuntiatione, quod est Innocen. 3.*

D. Ber.

M. Riber.

4. nu. 12. Quod sanè in tanta illustriũ, ac literatorum virorum multitudine, crimen esset non leue, præcipuè si pro illorum Noui Orbis Episcopatuum ad ministratione eligatur. Vbi, quia remo-
2 tissimi sunt, ab aliorum consortio, & consilio, maiori periculo sunt expositi. Errores enim, quos indocti in sui muneris administratione committũt, vel nunquam, vel diu corriguntur, & quia teneræ sunt oues, temeraria esset, circa illas Pastoris electio, si illis remedium, & certum, & securum præstare nesciuerit.

Illius Noui Orbis Episcopos, maiori periculo esse expositos.

3 Pro quo vnum scias, & attenta animi consideratione obserues, ne iura noua, & antiqua euoluentes, longior protrahatur oratio. Ius enim antiquũ habetur in textu, coniuncta sibi Glossa in Clementina. 1. de concessione præbendarum. Vt refert Nauarro, in Relectione, cap. Si quando, de Rescriptis, excep. 15. & ex text. in c. Finali, de ætate, & qua-

Quid ex Iure antiquo, & nouo colligatur.

Nauarro.

C. Finali. de ætate, & qualitate.

& qualitate, vbi habetur, quẽdam fuisse ab Episcopatu repulsum, tanquam illiteratum. Et de inualiditate l'arum electionum, constat, ex cap. Illiteratos. 36. distinct. & cap. Finali, de Temporibus ordinandorum, in. 6. Et ex Nauarro, loco citato, exceptione. 16. num. 1. 2. & 3. & exceptione. 17. num. 10. 4

Huius electionem esse inualidam. C. illiterat. 36. d. C. fin. de tẽpor. ordinãd. Nauarro

Ius nouũ in Conc. Trid.

Ius autem nouum habetur in Concilio Tridentino, sessione. 23. cap. 4. de Reformatione, & sess. 7. de reformatione, cap. 3. Vtraque tamen iura de foro exteriori loquentia, non nostræ deseruiunt determinationi, quæ de foro cõscientiæ, (quem interiorẽ appellant,) instituitur. 5

6

Vera huius rei determinatio.

Secundùm quam rationem, Affirmo, tantam requiri scientiã in promouendis, quãta sit necessaria, vt munus, & officium, ratione beneficij, & Episcopatus iniunctũ, debitè exerceri possit, attenta eius qualitate, dignitate conditione, & loco. Quod optimè docet Nauarro,

Nauarro in Relectione, cap. Si quando, exceptione. 14. Innocẽtium sequutus, super cap. Cum in Cunctis, de Electione, & plures alios, quos ibidem citat Nauar. Eademque est D. Thomæ sententia. 2. 2. quæst. 72. artic. 2. Vbi ait. *Quod vnusquisque scire tenetur ea, sine quorum scientia nõ potest debitum actũ rectè exercere.* Vnde omnes communi- *Nauarro* *D. Thom.* *Quæ scire tenentur.*

7 ter scire tenentur ea, quæ sunt Fidei, & vniuersalia Iuris præcepta. Singuli autem ea, quæ ad suum statum, & officium spectant. Quod, & docet idem Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 185. artic. 3. Vbi ait. *Talem eligi debere, qui fideliter diuina mysteria dispenset, quæ quidem dispensari debent ad vtilitatem Ecclesiæ, secundum illud. 1. Cor. 14. Ad ædificationem Ecclesiæ quærite, vt abundetis.* Et paulo inferius idem D. Tho. *Et ideo ille, qui debet aliquẽ eligere in Episcopum, vel de eo prouidere, non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est se-* *D. Thom.* *1. Cor. 14.*

cundũ charitatẽ, sed meliore, quo ad regimẽ Ecclesiæ, Qui, scilicet, possit Ecclesiã, & instruere, & defendere, & pacificè gubernare. Hucusque D. Tho. Quibus er- 8
go clarioribus verbis, & literatum debere eligi, & hunc esse meliorem, poterat insinuare Angelicus Doctor? Ecclesiam enim instruere in fide, moribusque fidei, & Religioni annexis, & debitis ceremonijs, Quibus ipsa, vt muro adamantino conseruatur, & tuetur.
Quis nisi Doctus? Cuius doctrina in- 9
struitur, cuius scientia tutatur, & ab oppugnatoribus defenditur: quasi muro, & ante murali. Quod meo videri inspexerat Euangelista Ioannes. *Cum ciuitatem sanctã Hierusalẽ.* Hoc est Ecclesiã. *Habentem murũ magnũ, & altum.* Vidisse testatur Apocalypsi. 21. *Magnum*, Vt custodiæ fortitudinem, *altum*. Vt Doctrinæ, è cœlo ipso pendentis ostenderet altitudinem, & in profundum penetrantis firmitas appareret, & perpe-

Ioan. Apoc. 21.

perpetuæ stabilitatis mõstraret fundamentum, eam enim fundauerat Deus
10 super stabilitatem suam. Quamq; viderat Zacharias.4. *Muro ignis in circuitu* Zachar. 4.
circundari. Quo qui in fide sunt securè tuentur, & qui extra ipsam, ignis periculo expositi, vt comburantur, si fidei, & Ecclesiæ sic circum munitæ aggrediantur. Sic viri docti doctrina edocta consistit Ecclesia, & ab aduersarijs secura defenditur. Et qui murum magnum, altum, & igneum Episcopum, & eius doctrinam compellauerat, Turrim etiam in vinea Domini Sabbath. ædificatam, iterum appellare non destitit. *Ædificauit Turrim*, ait
11 Christus. Matthæi. 21. Post sepis, & Matt.21.
Vallis circumpositionẽ in vinea: vt scientiæ, & doctrinæ eminentiam, illorum, qui vineam custodiendam, & collendam, à Domino Patre familias, susceperunt, ostendat. Turris enim à longe cons-

picit, vineæ aggreſſores, & oppugnatores; murorum inciſionem, & rupturam reparandam aduertit. Et qui à vinea diſcedunt, & qui vineæ ruinam

Cant. 7. præparant, etiam à lõgè. De quo illud Cãticorum. 7. *Naſſus tuus ſicut Turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* Naſſus inquam, quo odorem notitiæ ſuæ, vt ait Paulus. 2. Corint. 2. percipit is, qui præeſt. Et hic. *Sicut Turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* Id eſt, ex aduerſo Damaſci proſpicit, quæ gens erat immãnis, & idololatra. Ipſos inquam, *Reſpicit*, vt eorum motum, & progreſſum aduertat, attenteque conſideret, ne Eccleſiæ, & vineæ Domini

inſidiẽtur. Nec diſtantiæ fidit, etſi mag 12

na eſſet inter Libanum, & Damaſcum; ſed ſemper inſidias ſuſpicando; continuò *reſpicit.* Vt oſtenderet, ne quis in illa diſtantia, quæ inter fidem, & hæreſim, etſi maxima ſit, confidat, ex verbo enim inordinatè, & ſubdoloſè prola-

to,

to, cõtra ea, quę sunt nobis è cœlo emissa, incurritur hæresis, & manuum, vultus, & oculorũ nutibus, alijsque (quæ leuia viderentur) corporis motibus, aut animi cogitationibus, sæpissimè inimici minantur. Quod ijs pene verbis dixerat Salomon, Prober. 6. *Homo* Prober. 6.
13 *Apostata graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.* Qui fidei obligationem posthabuit, & legis supremæ dispositionis iugum, etsi suaue, deiecerit. Homo *Apostata, graditur ore peruerso*, quod ita placuit Hispana pa-
14 raphrasi enucleare. El Apostata de la Fè, *graditur, ore peruerso*, acomete con palabras à dos hazes, de varios sentidos. *Annuit oculis*, los ojos llenos de engaño, apazibles, risueños, y que à todo se muestrã blandos. *Terit pede*, Pisa cuydadoso. *Digito loquitur*, habla de dedo, librando en solo el ademan Hispana paraphrasi locus exponitur.
 de las

de las manos, lo mas que quiſiera dezir el alma, porque, ***Prauo corde machinatur malum***. Lleno el coraçon de chimeras, y diabolicas imaginaciones, *Et omni tempore iurgia ſeminat*. Siempre ſiembra diſcordias, y diſſenſiones, ò con nueuas doctrinas, ò con opiniones ſingulares. O bone Deus. Quanta debent in huiuſcemodi animaduerti, & præuideri de lõge. Verba ipſa, vel quia multiplicia, vel quia inordinata, vel quia ſubdoloſa. Oculos ipſos, vel quia falaces, vel quia ſoliciti. Pedes ipſos, vel quia tardi, vt ſpectantes ſeducant; vel quia veloces, vt citiſsimi deuorent. Motus corporis, & vultus varias tranſmutationes, ſub quibus velut ſub ouina pelle, lupi latent rapaciſsimi? Quæ omnia, vno verbo comprehendit Batablus, ibi. *Et geſtulatione quadam oculorum, & pedum vtitur, vt ſolent Pſeudopropheta*. Et hæc omnia 15

Batablus.

ab hac

ab hac altiſsima ſapientiæ, & doctrinæ Turri (à qua omnis armatura fortium, & mille clypei pendent) penetrantur, & prouidiſsimè prænoſcuntur. Ab ea enim Petrus falſitatem, & *Actor.5.* ſimulationem, qua venerant Ananias, & Saphyras agnouit, & continuò in huius vineæ limine corruerũt, in quorum interitu, aduertit Baronius *Baronius.* Cardinalis illuſtriſsimus, & omnium rerum Eccleſiæ obſeruantiſsimus ſcriptor, tom. 1. Annalium, Anno Chriſti Domini. 34. Quod hac morte fuerint præuenti, & in ſimulationis pœnã, quod ſua Deo ex voto debita, Petro negauerint, & quia mentiti ſunt Spiritui Sãcto. Vnũ enim, & alterũ pręcognouerat Petrꝰ. Ab ea etiã Simonis *Actor.8.* (à quo nomẽ Simonię eſt deductum)

16 emptio ſupernaturalis gr̃ę, eſt explorata, vt reſcipiſceret: & ab ea debẽt Pręlati, Petri, & Apoſtolorũ ſucceſſores Eccleſię ſibi creditę vtilitatẽprouidere, eã

 inſtruere,

inſtruere, vt ſecura permaneat, eam ab inſidijs, iniurijs, & periculoſis aggreſſionibus defendere, vt inconcuſa perſiſtat. Pericula præuidendo, & præuiſa reparando. Quibus pacifica diſpoſitione, & rerum omnium pacatiſsima, fœliciq́ue adminiſtratione Eccleſia Dei gubernetur, & tueatur. Et quis hæc aliqua ratione præſtare poteſt, niſi doctus? Hinc enim ait Leonardus Leſ-

M. Leſsius. ſius Louanienſis, omnes hæreſes, & 17

Vnde omnia mala Eccleſiæ euenerint.

mala in illis partibus eueniſſe, quod indoctis fuerint beneficia collata. Quia ij nihil minus, quàm de munere Epiſcopali, ſunt ſoliciti. Quibus, neceſſe eſt Chriſtianam Rempublicam in fide periclitari. Quod optimè ſignificari aduertit illis verbis Domini in Parabo

Matt. 13. la, Matthæi. 13. *Dum dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania.* Quo ſenſu hoc expli-

D. P. Aug. cat D. P. Auguſtinus, libr. quæſtio-

D. Chryſoſ. num, in Matth. cap. 11. Et Chryſoſtomus,

stomus, homilia. 47. in Matth. Et qui sunt homines dormientes, nisi qui Vineæ inuigilare non possunt? Et quis eius vtilitati inuigilat? nisi doctus? Viros doctissimos alloquor ipsi sibi consulant, in tantæ rei grauitate, & tantorum virorum multitudine, quos elegerint regere Ecclesiam Dei, in illis partibus militantem, adhuc teneram, & omnibus ijs periculis expositam. Et ne Ecclesiæ se satisfecisse iactentur, si quomodolibet, de viris prouideant, etsi Religiosi, si docti non fuerint. *Quia non meliores simpliciter per charitatem, sed meliores, quo ad regimen Ecclesiæ debent assumi.* Vt ait Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 185. artic. 3. ad tertium argumentum.

18

Aduertendum præcipuè pro illis Noui Indiarum Orbis partibus.

D.Thom.

19 Et ratio ipsa manifesta ostendit. Vnusquisque enim scire tenetur ea, quæ necessaria sunt ad rectè exercendum, munus, & officiũ beneficio, seu

Ratio qua constat manifestissimè assertio.

Prælationi iniunctum, ex Diuo Thoma supra adducto. Hoc ergo ad dignitatem beneficij, & Prælationis exigitur. Aliàs enim quisquis assumeretur, periculo se exponeret errandi, & peccandi. Et si materia sit grauis, mortaliter delinquendi, si debitam sui officij administrationem, & ad eā necessaria non agnoscat. Pro diuersitate tamen beneficij, diuersitas etiam quantitatis in scientia pensanda est. Omnibus tamen, qui pastorali funguntur officio, ea necessaria est, quæ ouibus possit esse remedio, eas, & verbo, hoc est prædicatione, assiduaquè communicatione, & responsione, erudiendo: legem Euangelicam, qua fidelibus viā salutis ostendat, interpretando. Vtrūque testamentum, quo oues discerni, & agnosci queant præmanibus continuò afferendo. De quo Tridentin. Synodus, sessione. 5. cap. 2. & sessione. 24. cap. 4. & sessione. 22. cap. 2.

Conc. Trid. Ses. 22. c. 2. de Reform.

Vbi

Vbi ait. Quod is, qui futurus est Epis-
21 copus, sit *In Vniuersitate studiorum, Magister, siue Doctor, aut Licentiatus, in sacra Theologia, vel Iure Canonico meritô sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio, idoneus ad alios docendos, ostendatur. Quod si Regularis fuerit, â Superioribus suæ Religionis, similem fidem habeat*. Et sessione. 23. cap. 1. de Reformatione. 2. *Ses. 23. ca. 1. de Reform.* in principio. Sic ait. *Cum præcepto diuino mandatum sit, omnibus, quibus animarum cura commissa est. Oues suas agnoscere, pro ijs sacrificium offerre. Verbi Diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac omnium bonorum operum exemplo, pauperũ, aliarumque miserabilium personarum, curam paternam gerere, & in cætera omnia munia pastoralia incumbere*. Vbi aduertas Verbum illud, *Præcepto diuino mandatum esse*, Quod ad omnia, quæ in dicto testimonio pronuntiantur,

tur, referri manifestum est, & ante Concil. Trident. idem latè plura alia præcepere Concilia, & Iura. Arelatense IIII. sub Carolo Imperatore, cap. 3. & cap. 10. Lateranense, sub Innocentio III. cap. 26. quod refertur de Electione, & Electi potestate, cap. Cũ sit ars artium, & cap. 30. Quod refertur de præbendis, & dignitatibus, cap. Graue nimis. Sed doctè satis, & latissimè in Concil. Prouinciali, Coloniæ celebrato Anno Domini. 1536. pa. 4. 5. &. 6. & p. 6. à capite 2. vsque ad. 7.

Arelat. 4. *Lateranen.* *Cap. Cum sit ars artiũ* *C. Graue nimis.* *Conc. Coloniæ celebratum.*

22 Vbi doctam Parochorum instructionem instituit, multis sacræ Sripturæ testimonijs refertã, & Conc. Prouin. Augustudunense, c. 8. & constat. ca. Licet ergo, 8. q. 1. Quibus manifestissimé cõstat Prælatos, Vt alijs præferantur, necessarium esse, alios posse in scientia, & doctrina præferri. *Tantum enim*, (ait Gregorius, in Pastorali, part. 2. cap. 1.) *debet actionem populi; actio trans-*

Conc. Prou. August. *Cap. Licet 8 q. 1.* *D. Gregor.*

transcendere Praesulis, quãtũ distare solet à grege vita Pastoris. Quod Diuus Thomas exponẽs, ait. *Praelatum scientia, & sanctitate debere praecellere.* Et illud Innocentij, in cap. Cum in Cun- 23 ctis, de Electione, in principio, singulare est assertum. Quod, vt notabile refert, & sequitur Abbas, ibidem, num. 4. Vbi plura in ei⁹ cõfirmationẽ adducit, pro quibus facit tex. in c. Cũ sit, de ętate, & qualitate, ibi. *Et ordinatores, & ordinatos, graui vltioni decernim⁹ subiacere.* Quod Molina, de Hispanorum Primogenijs, lib. 2. cap. 5. numer. 76. debere intelligi, asseuerat. Quando is, qui eligi- 24 tur, ad beneficium, seu dignitatem, est incapax, & hanc incapacitatem colligit, ex defectu sciẽtiæ, quę à Iure requiritur, ad hoc, vt eiusdem beneficij, seu dignitatis capax euadat. Aliàs enim irritam fore electionẽ asseuerat M. Lessius, in suo de Iustitia, & Iure, lib. 2. c. 34. dub. 24. num. 129.

D. Thom.

Innocen. ca. Cum in cunctis, de elec assertũ attẽdendum.

Abbas.

C. Cum sit, de ætate, & qualitate.

D. Molinæ intelligẽtia, de incapacitate, ex sciẽtiæ defectu.

M. Les. irritam fore electionem.

Hæc

Maxime notandum apponitur pro consultationibus ad Episcopatus, & beneficia

Hæc omnia attenta animi mediatione perpẽdas, vt in dispẽsatione Episcopatuum, aliorumque beneficiorum personarum acceptio vitetur, & ne ignari, indocti, & qui vel nullas literas discere, vel à longè, & à limine salutarunt, eligantur. Quia suo solùm prouẽtui, & animum, & vires omnes addidere; & tunc totam dignitatem se habere existimant, cum gratiam alicuius Principis sibi conciliant, eos irridentes, qui literarum acquisitione, continuaque, & infatigabili meditatione, & vires, & vitam, ea qua possunt, discipulorum, & Reipublicæ vtilitate consumunt. Quæ ergo erit huius ad illum comparatio? Et hũc notabiliter illum excedere, quis non fateatur? Quod dixerim, vt in consultationibus, hoc debeat attendi, & illũ notabiliter excedere, existimandũ est. Qui aliũ in sciẽtia, notabili excessu antecellit; quia sicut ignorãtia cũctorũ vitiorũ mater est. Vt habetur 25

Qui scientia alium excedit, notabiliter excedere

26

habetur in Concil. Toletano. IIII. cap. 24. & Arelatense citato. Ita & scientia cunctarum virtutum mater debet existimari. Si quidem contraria, contrarios præstent effectus, necessarium est. *Con. Tol. 4.*

CAPVT X.

Sit ne Theologia, Iurisperitiæ præferenda in promouendis ad Episcopatum, vel è contrà hæc, illi debeat præferri.



VALIS scientia debeat in promouendis reperiri, vt alijs præferantur, & digniores illis habeantur. Theologia ne, vel Iurisperitia? Non vnus est Doctorum consensus, non vna omnium determinatio. Communior tamen grauissimorum sententia est, & quæ mihi magis probatur.

Theologiam deberè præferri, cõmmunior, & verior sententia.

tur. Theologiam, ad præcipuum mu- 1
nus Episcopi, alijs deberi facultatibus præferri, & anteponi. Et Theologum tanquàm magis idoneum, ad debitum proprium, & consentaneum pastũ ouibus exhibendum, per doctrinam salutis, cæteris paribus, absoluté deberi anteponi. Si enim congruus doctrinæ pastus ouibus præbeatur, materia litibus, & dissensionibus subtrahetur, ad quas decidẽdas fortè magis Canonista seruiret. Et si plura quàm fas est, scaturirent, & suborirentur discrimina, Episcopi solent, per idoneos auxiliares Canonistas decidere. Vt sic ipsi alia magis sibi propria, suiq; muneris, proportionata munera præstare possint, & ad ea magis expediti inueniantur, dum
ab alijs se abstinent, quæ non ita pro- 2
priè sibi conueniunt. Vndè Paulus de litibus decidendis sermonem instituens. 1. Corinth. 6. Vt D. P. Augustinus, libr. de opere Monachorum, aduertit,

1. Cor. 6.
D. P. Aug.

uertit, non dixit, *Adducite eos ad me,* (adde) *neque ad Episcopos sed contemptibiles* (inquit) *de Ecclesia eligite*. Vbi quanto minoris, litiũ iudiciũ, prę alijs maioribus curis Episcopo foret faciẽdum, non obscurè insinuauit. Et. 1. ad Tim. 4. Præcipua Episcopi munia exprimendo, ait. *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.* Et non addit litium decisioni. Deniq; in ipsa Petri electione, in vniuersalem Ecclesiæ Pontificem, & Pastorem, post illam ter repetitam interrogationem. Ioan. 21. *Simon Ioannis diligis me plus ijs*? Vt illum prælatione digniorem fore designaret, qui cæteris condiscipulis æquè in scientia prouectis, Christi dilectione præcelleret, ter quoque repetita responsione iniunxit, asserendo, non quidem di iudica inter oues meas, Sed P*asce oues meas*, quod ad doctrinam, & eruditionem, sacri omnes Doctores referri testantur.

1. ad Tim. 4.

Ioan. 21.

Perfectam Theologiam ut artificem canonum peritiam subalternare.

Preterquāquod. Si Episcopus perfectā sacræ Theologiæ cognitione polleat, & perfectè illā fuerit adeptus, omnibusq; numeris absolutam habuerit, ipsos etiam Canonistas, tanquam Artifex subalternans dirigere potest, & instruere. Quibus adiungi possunt rationes, quas eruditè congerit M. Salon. Col. 989. Vt hanc tueatur sententiam. Hanc etiam tenent cōmuniter Theologi, non causam suam (vt quidam dixere) sed Dei agentes. Ricardus, quodl. 9. Maior, in. 4. dist. 24. q. 3. art. 6. Caiet. 2. 2. ad q. 185. art. 3. M. Soto. lib. 3. de Iusti. & Iure. q. 6. art. 2. conc. 10. Mercat. c. 17. Quibus alij Thomistæ adstipulantur. Et Petrus de Nauarra. lib. 2. c. 2. nu. 165. Syluester, qui insignis fuerat Canonista, verbo, Episcopus. Quibus etiā Cōcil. Triden. addimus, sessione. 22. cap. 2. & ssione. 24. cap. 18. Vbi primo assumendos, esse Theologos. Secundò verò, & quasi in Theologorum defectū 3

M. Salon.

Ricardus. Maior. Caietanus. M. Soto. Mercatus. Nauanra. Syluester.

Conc. Trid.

Cano-

Canoniſtas. Dicant quidquid velint Hoſtienſis, & Panormitan. ad ca. 1. de conſanguinitate.

4 Ecce veram, & propriam Epiſcoporum conditionem, vt docti ſint, & ex ijs, qui Theologi, magis idonei debeāt iudicari, Etſi dignitas ſumenda etiam eſt, pro diuerſitate temporis, & loci, quænam terrarum pars, magis doctrina, prædicatione, ſacramentorum administratione legum, & Euangelij interpretatione, articulorum fidei expoſitione, opus habet, quam ille Nouus Orbis, adhuc in ſuis primordijs, & tenerrimis principijs conualeſcens? Vbi ſicut paruuli lac, vt potum ſuggere debent, pro quibus Epiſcopi aſſumantur, neceſſe eſt, qui illis paſtum neceſſarium, & congruum præſtare poſsint. Ne fortè illud illis eueniat, quod plorauerat Hieremias. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* *Hier. Tren. cap. 4.*

CAPVT XI.

Sint ne Indi, & ab Indis nouiter ad Fidẽ conuersis descendentes, ad beneficiorum Ecclesiasticorum, & Episcopatuũ dignitates admittendi? Vel aliquo Iure, ab huiusmodi officijs, & dignitatibus, itẽ, & officijs sacularibus, arceri possint & debeant?



1. ad Tim.

Ratio dubitandi ex D. Paul.

Couarrau.

NON *Neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli.* Ait Paul⁹ Epistola prima ad Tim. c. 3. cum de dignis, & dignioribus ad Episcopatũ, sermonẽ instituisset, & formã, & cõditiones promouẽdorũ Timotheo carissimo perscripsisset. Et Neophytũ, cũ propriè dici, cũ cõmuni Doctorũ assertione declarãt Couarruui. in Clement. 1. de homicid. 1. p. 1

1. p. §. 2. num. 7. Et Nauarro, in Manuali, cap. 27. num. 205. *Qui ex Iu'aica lege, aut Mahumethica, vel Ethnica nuper legem Christi professus fuerit*. Et distin. 48. cap. 1. &. 2. & cap. Neophytus. 61. dist. Generaliter loquuntur in conuersis ad fidem, siue Iudæis, siue Etnicis, Neophytus enim nihil aliud significat, nisi nouiter ad fidem conuersum, & hunc ab officijs Ecclesiasticis, & Episcopatibus arceri, & excludi, posse, & deberi, ait Paulus, & qui eius testimonium, attenta proprietate sermonis, non inspexerit, absolutè etiam, & in distinctè, omnes nouiter conuersos, & ex conuersis descendentes, & consequenter Indos illos. Paulo Magistro, excludet, & existimabit indignos.

Nauar.

2 *Quis sit Neophytus.*

Dist. 48. c. 1. 2. C. Neophitus. 61. dist.

Perez de Lara, in suo, de Anniuersarijs, lib. 2. c. 4 pag. 335.

3 Qua propter si veram Neophytorum rationem adduxerimus. Et Diuum Paulum explicabimus, & ex ipso Iure probabimus, Indos illos, & ab

Indos, & ab eis descendentes, dignos, & idoneos esse, vt assumantur, nisi eis aliud stet.

ab eis descendentes; Dignos esse, vt assumantur, nisi aliam eis rationem indignitatis ex supra dictis obesse constiterit. Quod quidem, pro vera huius capitis resolutione statuo.

Qui iam diu fuerunt conuersi, & fidem professi, Neophyti non dicuntur.

Cruar.
Nauar.
Card. Tol.

Pro quo aduertas primò. Quod qui iam diù fuerint conuersi, & fidem Christi multis ab hinc annis professi; Neophyti non dicuntur. Ita probant Couarruuias loco citato, concl. 5. Nauarro, ibi. numer. 205. Cardinalis Toletus, libr. 1. suæ Summæ, cap. 58. §. Secundo. Vbi ait. *Sunt irregulares ex animæ defectu Neophyti; idest, nouiter ad fidem conuersi, nisi post aliquam temporis moram, vt discant mores Ecclesiæ; Et post probationem, an in suscepta fide stabiles sint, arbitrio Superioris*. Ita habetur capite, Eam te, de Rescriptis. Vbi Alexander Tertius Episcopum reprehendit, quòd cuidam nouiter ad fidem conuerso, tanquàm Neophyto, in Ecclesia 4

Cap. Eam te de Rescrip.

Cathedrali Canonicatum, & præ- *Vera huius*
5 bendam denegauerit. Et Glossa se- *capitis intel*
cunda. Felinus, numero 2. Decius. *ligentia.*
6. Rippa. 31. post alios Areda, de *Gloss. 2.*
incompossibilitate beneficiorum. 1. *Felinus.*
part. cap. 24. nume. 4. Mendoça, de *Decius.*
Signatura Gratiæ, titulo, Dispensa- *Rip.*
tio pro Neophytis, & Salzedo ad *Areda.* *Mendoza.*
Bern. in Practica, cap. 23. numero *Salzedo.*
septimo, textum illum, Eam te, debere intelligi ostendunt, de eo, qui iam dudùm, à multis retrò annis, & post aliquam temporis moram, conuersus fuerat; Vel iam in fide Catholica, & Christiana doctrina, & bonis moribus arbitrio Superioris satis instructus ad ordines, & beneficia, tanquàm non Neophytus; sed veteranus Christi miles, admittendus videbatur, iuxta cap. 1. 57. *C.1.57.d.*
distinct. Vbi dicitur. *Nisi fortè postea, ipsius studium, & fides probabilis fuerit.* Et exemplum D. Ambrosij, *D. Ambro.*

 prout

prout ipse, de se ipso ait in Epistola 82. & refertur in cap. Neophitus. 61. distinct. Temporis autem mora in hac

Quæ sit tẽporis mora. *Turrecre.* materia est. Decem annorum cursus, post Christianæ fidei susceptionem: 6

ita Turrecremat. ca. Prohbientur. 48.

Nauarro. Card. Tol. distinct. Nauarro, & Cardinal. Tolet. & est de mente omnium.

Item. Qui iam à natiuitate Christianam fidem professi fuerint, & ab

Qui ab infãtia, & natiuitate Christiani sunt etiam si ex Patribus, & auis Ethnicis fuerint Neophyti nõ dicuntur. ipsa infantia fidei se addixerint, tametsi Patrem, Auum, aut Proauum, Etnicum, Iudæum, aut Sarracenum habuerint irregulares non sunt, neque 7

tanquam Neohyti, à beneficijs, & Ecclesiasticis dignitatibus, aut officijs sæcularibus prohibentur. Neophyti enim non sunt, nec dici debent, cap. Fi

C. fin. 48. d. nali. 48. distinct. Nec attentò Iure cõmui à sacris ordinibus, beneficijs, dignitatibus, Ecclesiasticis, & honoribus publicis, sæcularibus repelluntur,

Couar. vt post alios eleganter resoluit Couar.

loco

loco citato, numer. 8. concluſ. 6. Nauarro, & Toletus, locis adductis. *Sed eos* (inquit Toletus) *qui nouiter in ætate adulta fidem, & Baptiſmum ſuſceperunt*. Ita omnes communiter. Et eos qui à Natiuitate Chriſtiani fuerint, nulla indigere diſpenſatione ad ſacros ordines, beneficia, & Epiſcopatus affirmant Couarruu. ibi. concluſi. 6. Nauarro, & Card. Tolet. & alij dum eos indiſtinctè ſecundum Iuris communis regulas ad omnia admittunt.

Nauar. *Toletus.*

8 *Nulla indigere diſpenſatione.*

Couarr. *Toletus.*

9 Ex quibus apertiſsimè conſtat, Neophytos, quos Diuus Paulus ab Epiſcopali munere excludit, ſolſt eos eſſe, qui ad fidem in adulta ætate nouiter, id eſt, non temporis diuturnitate, & mora (quàm per decem annorum curſum explicuimus) fuerint conuerſi. Non tamen eos, qui ad minus per decem annos, mores Eccleſiæ ſatis addiſcerint, & probati in fidei ſuſceptæ profeſsione

Qui ſint Neophyti quos Palus excludit.

Qui in adulta ætate conuerſi, non per temporis moram perſeuerauerint.

Qui admittantur. extiterint. Neque eos, qui à Natiuitate fidem susceperint, & in ea, vt Christiani vixerint. Licet ab Ethnicis originē ducant. Secundùm quam rationem omnes Doctores, eos omnes indistinctè, & vniuersaliter, vt idoneos amplectuntur. Et huiusmodi beneficijs, ex hac parte, dignos existimant.

Hoc idem, De Indis specialiter asseritur. Vndè, vt verissimum, & omnium 11 sententia receptum affirmo, Indos illos quos Nouus ille Orbis Occidentalis nouiter ad fidem conuersos obtinuit: Quia nonaginta annis, & vltrà, fuere ad fidem conuersi, licét Patres, auos, aut Proauos, Indos, & Ethnicos habuerint, ab eisque immediatam originem duxerint; Secundùm Iuris communis regulas admittendos esse ad omnia beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, officia, ac munera publica. Quia nec sunt Neophyti, qui & per nonaginta annorum cursum, & à Natiuitate Christi

sti fidem profitentur. Nec aliqua lege, quam viderim, à talibus prohi-
12 bentur: Imò si quæ sunt statuta specialia, quæ à Iudæis, & Mauris descendentes, euitent; Hæc ad Indos, & ipsorum filios, & Nepotes, non protrahi, multis probat Perez de Lara, in suo, de Anniuersarijs, & Capellanijs, libr. 2. cap. 4. à colum. 334. numero. 140. & ita placuisse testatur Dominis de Rota, in vna statuti Ecclesiæ Hispalensis decision. 120. par. 2. libr. 2. quod sentire videtur Nauarro, consil. 1. Discrimen enim inter eos non leue deducit, ex spontanea horum conuersione, qui statim, vt prædicationem
13 audierunt, vltrò acquieuerunt ei: & alijs, vt videre est, ibi, nume. 67. Itē sub censura Ecclesiæ non veritus sum asse
14 rere; & verissimum existimare, hos si digni aliàs inuenirentur, præferendos esse Hispanis in illis Regnis, cæteris paribus, & semoto scandalo.

Statuta specialia, quæ Iudæos, & Maur. euitant ad Indos, & ipsorum filios non protrahi Per. de Lar.

Nauarr. Domini de Rota.

Indos Hispanis cæteris paribus præferendos, semoto scandalo.

dalo. Quod cõſulto dixerim. Nam cũ Regna illa, & poſſeſsiones, ipſorũ maiorum fuerint, per conuerſionem, dominiũ, & Ius ſe ipſos gubernãdi, & Iuſtitiam adminiſtrandi, non amiſerunt. Sunt enim ciues illarum Regionum, & ſicut natus in illis partibus, ex Hiſpano, & Inda ciuis eſt, nec à ciuitatis priuilegijs, & prærogatiuis prohiberi poteſt, vt ait Victoria in Relectione de Indis inſulanis. 2. p. numer. 5. eodem modo, & à fortiori, ipſimet Indi, ſuis priuilegijs defraudandi non ſunt, ob admiſionem Hiſpanorum, & fidei Catholicæ prędicationem, & ſpontaneam (mirabile dictu) ſuſceptionem, & in ea perpetuam, & conſtantem, vſque ad finẽ perſeuerantiam. Imo ex hoc maioribus deberent gratijs, & in munitatibus augeri, vt probat Victoria. 2. p. nume. 11. Nulla enim alia ratione Hiſpãni, tot nunc potiuntur, & gaudent priui- 15

A ciuitatis priuilegijs prohiberi nõ poſſe Indos. Victoria.

priuilegijs, exemptionibus, & gratijs, quàm quod ex gentibus, quæ fidem Christi in Apostolorum prædicatione vltro susceperint, & ab ea nō recesserint, originem ducant. Vt probat Perez de Lara loco citato, numer. 67. & idem de Indis intelligi debere ostendit, num. 140.

16 Præcipuè cum iam hodie omnes sint vassali, & subditi nostri Potentissimi, & Christianissimi Hispaniæ Regis. Vnde in distributione officiorum, & munerum sæcularium, & Ecclesiasticorum, diuerso Iure censendi non sunt, ab Hispanis hospitibus, & alienigenis, contra capitulum, Bonæ, ibi: *Non poteramus salua conscientia, eidem Ecclesiæ in alia persona, quæ de Regno Vngariæ originem duceret, congruè prouidere, nec vellemus ei præficere alienum*. De postulat. Prælat. c. Nec emeritis. 61. dist. c. Fundamēta. §. dignè, de elect. in. 6. vbi habetur,

17 *Quæ incolis nota dispendia intulerunt*

Sicut Hispani, quia ex gētibus, magni habentur, ita & Indi æstimandi sunt, & præferendi.

Perez de Lara.

Subditi sunt Regis Hispaniæ.

In distributione non deberi diuerso iure ab Hispanis censeri

C. bonæ, de Post. Præl.

C. nec emeritis. 61. dist.

C. fundamēta. §. digne, de elect. in 6

hacte-

C. Peregrina. Carolus. Rebuf. Couarr. Gregor.

hactenus peregrina regimina. Cap. Peregrina. Cap. Leges. Cap. Vnaquæque. 3. quæst. 6. Carolus de Grassal, libr. 2. Regal. Franc. Iure. 8. Rebuf. in Praxi. tit. de rescriptis mixtis, ã not. 7. Couar. Practic. cap. 35. num. 5. Gregor. l. 1. tit. 11. verbo, de los suyos, & in. l. 1. titu. 18. par. 2. verbo, de fuera. Burgos in. l. 3. Tauri. 1. part. nu. 374. Accedit. *Que aquellos se han de preferir en los beneficios, è administrationes, de cuyos bienes y diezmos se funda y sustenta la Iglesia, y estado.*

Burgos. l. 3. Tauri.

Hæc debere intelligi, si idonei ibi Indi reperirentur.

18 Hæc tamen omnia (ne plus quàm fas est protrahatur oratio, dum de re apud Iurisconsultos notissima dissero) intelligi debere, aduerto. Si ibidem idonei, ad hæc munia, & officia reperiantur, vt docet textus, in ca. Nullus. 61. dist. l. 13. Part. *Si los ouiere tales que sean para ello.* Et omnes præcitati determinant. Et ideò consultò dixeram si aliàs digni inuenirentur, & semoto scandalo. De idoneitate tamen

C. Nullus. 61. d. l. 13. Part.

men eorum, dequè conditione, & mo-
19 rum qualitate, grauiſsimũ eſſet diſcu- *Quæ ſit Indorum capacitas.*
tere, cũ variæ ſint omniũ hominũ cu-
iuſcunque ſint regionis, cõditiones, &
mores, & valdè temerariũ circa vni-
uerſam totius Regni gentem, regulam
generalem inferre, cum, & homines
ſint, ſicut, & fidei, omnis etiam doctri-
næ ad fidem, & mores neceſſariæ capa
ces. Quib⁹ ſi aliquis inueniretur inſtru
ctus (de Indis loquor) digniſsimus, vt
aſſumatur æſtimandus eſt. Et illi impe
dimento, non eſſe Ethnicum fuiſſe, &
ab Ethnicis, & Gentilibus ortum du-
xiſſe. Dummodò Neophitus non ſit
vt ait Paulus, & nos ſatis explicuimus.
20 At eo tendit effrænata cupido, & dura *Effrænata hominũ cupido Indos, & in India natos incapaces appellat.*
aliquorum emulatio, Vt non ſolùm
eos, qui Indi, & ex Indis oriuntur in-
capaces, vt admittantur, appellent;
ſed eos, etiam qui ex Hiſpanis paren-
tibus inter Indos, ſolummodò na-
ti fuerint, eadem incapacitatis nota,


quàm

quàm ipſi ſomniantes, & ambientes, finxere, inurere voluerint; & abſque Dei timore, & hominum debita charitate, auſi ſunt in eos, & verbo, & ſcripto inuehere; ſed quantum eos, ſua ſomnia (ne dixerim ambientium ſuggeſtus) fefellerint: Et viri doctiſsimi; & Patres Religioſiſsimi; conſules, & chãcelarij iuſtiſsimi: Epiſcopi pijſsimi, qui in Eccleſia Dei laborantes, ac ſi primitiui milites eſſent, manifeſtiſsimè probant, & oſtẽdunt. Quos nouus ille Orbis, vt fructus vberrimos fecundiſsimè protulit, & vt filios vſque ad perfectum ætatis, & virtutis ſtatũ procreauit, literis inſtruxit: Morum compoſitione honeſtauit, vt eos in Paſtores Iu- 21
dices, & Patres eorum propria, & amica Patria ſuſcipiat iterum, & amplectetur.

DE

DE PATRONIS.
CAPVT. XII.

An ij, qui vel Iure Patronatus, vel ratione priuilegij, vel alia quauis causâ ad electionem concurrunt, teneantur eligere digniorem, vel præsentare.



1 VPPOSITA distinctione eorum, quibus iniunctum est Ecclesiastica beneficia distribuere, & dispensare, ex supra dictis cap. 1. huius secundæ Partis in principio; de ijs solum in præsentiarum discutimus, qui vel Iure Patronatus, vel ratione priuilegij, vel alia quauis causa habent eligere, vel præsentare eligendos. Vbi aliquid de Regio Patronatu, in illo nouo

In distincte certum est omnes hos, qui ad electionem indigni concurrunt, peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri.

Indiarũ orbe sequenti.14.capite disse-
remus. Ac de ijs omnibus certũ est, 2
quod si sciẽter, vel ignorãter ex igno-
rantia crassa concurrant ad hoc, vt
indignus beneficium, & Episcopa-
tum accipiat, peccare mortaliter, &
ad restitutionem teneri, vt infra dice
mus.3.p.cap. 1. Concurrunt enim ad
veram iniustitiam, quæ infertur Ec-
clesiæ, non conferendo illi dignum
ministrum, cui iustè stipendium con
feratur. Dixi, si scienter, aut ex igno-

Quæ sit ignorãtia crassa, & quæ inuincibilis, & ex ijs quæ culpabilis.

rantia crassa. Quæ ex negligentia dis- 3
cendi, quod debuerat agnosci, pro-
uenit, & vincibilis dicitur consequẽs,
& voluntaria, & ideò culpabilis, & à
peccato nulla ratione excusans. Nam
si ignorantia inuincibilis fuerit, quæ

Si ex ignorãtia crassa indignum eligant peccant.

etiam antecedens, & inuoluntaria di
citur; Quia nulla humana diligentia
impediri potest, quæ etiã dicitur pro-
babilis, quia licèt potuerit vinci, non
tamẽ debuit, eo quòd probabili ratio
ne

ne inuincibilis dici poteſt. Quia licèt aliquo modo ſuperari potuerit (quiſq; enim poteſt opinionē, quā putat probabilem remittere) tamen ea diligentia, quā debebat adhibere nō potuit, & ideò inculpabilis dicitur, & à peccato excuſans: ita D. Tho. 1.2.q.76. & Corduba, lib.2.q.1.& cū eis Vazquez.1.2. q.76. diſp. 117.& M. Valentia tom. 2. diſp. 6. q. 6. Et ſic ſi ex hac ignorantia quę inuincibilis, vel probabilis dicitur, indignū eligāt, & præſentēt, à pec- *D Tho. Corduba. M. Vazquez. M. Valētia.*

4 cato, & reſtitutione excuſantur. Nam cū ipſi hoc beneficiū, vel Epiſcopatū nō accipiāt, nō naſcitur obligatio reſtituendi, ex re accepta; neq; etiā, ex iniuſta acceptione promanat, quando ignorantia excuſat à peccato. *Si ex ignorantia inuincibili nō peccant.*

5 Solū ergo diſcutimus de electione digni, quantū ad rationē peccati. Peccent, ne mortaliter omnes ij, ſi digniorē dimittant, & ſolū dignū aſſumant. Quocūq; iure eligant, vel præſentent *Peccent ne huiuſmodi mortaliter quocunq; iure digniorē dimittant, ſi dignum aſſumant.*

 eligendos?

eligendos? & quia non est æqua omnium ratio, suo ordine prosequemur.

De collatore beneficiorũ.

Et primo loco de collatore benefi- 6
cij, aut de eo, qui electionem confirmat; sæpe enim cõtingit electionẽ, & præsentationẽ pertinere, ad Patronũ: Et institutionẽ beneficij, aut cõfirmationẽ electionis pertinere ad Episcopũ, vel Pontificẽ vt in Episcorũ presentationibus, quas Rex noster potentissimus ratione priuilegij habet, dum eos eligit, & Sũmo Pontifici præsentat, vt eos instituat. Quod & alij Principes in suis ditionibus ex priuilegio habent, vt beneficia sic consulant, & pro eis ministros eligant, & presentent. Et tũc 7
communis est Doctorum sententia. Quod si dignus sit ille, qui præsentatur a Patronis, & electoribus, vel maiori eorum parte; Qui illi beneficium confert, aut eius electionẽ confirmat, non peccat, etiam si digniorem dimittat ex cap. Monasterium. 16. q. 7. ex ca. Quoniam

Si dignus præsentetur a patronis tenentur collatores illi benef. conferre, etiam si dignior dimittatur.

Quoniam de iure Patronatus. Vbi determinatur, necessario esse faciẽdam collationem beneficij, quando dignus est, qui præsentatur, vel eligitur, nisi fuerit indignus, & tunc, eiusdem erit collatoris indignitatem probare,

Cap. Monast. 16. q. 7. cap. quoniam de iure Patronatus.

8 iuxta glossam cap. Monasterium. 16. q.7. licèt ij, qui tantum dignos præsentant dignioribus dimissis peccẽt mortaliter, vt supra communiter ostendimus, de electione digni, & expresse de præsentatore, & electore iure Patronatus determinant. M. Lessius de iustitia lib, 2. cap. 34. dub. 14. num. 62. M. Rebello de obligationibus iustitiæ. 1. p. lib. 3. q. 4. nu. 4. Et pro ea adducitur Couarruuias regul. peccatum. 2. p. §. 7. num. 4. post Federicum, Ioannem Maiorem, & alios, quos perperàm pro cõtraria sententia citat Nauarra lib. 2. de restitutione cap. 2. num. 150.

Qui præsentant, Patroni, mortaliter peccant, si digniorẽ dimittant.

M. Lessius.
M. Rebello.
Couarru.
Federicus.
Maior.

9 Ille tamen qui collationem facit, sibi præsentato digno, & sic dignior

Collatorem teneri, sibi præsentato conferre.

dimittatur cōferre tenetur, quia in eo casu Episcopus tantum potest eligere alterum ex præsentatis. Tum etiā quia digniores, tunc nullum ius ad tale beneficiū acquisierunt, si præsentati nō fuerint, quod optime docet Couarru. loco citato in regul. peccatum. 2. p. §. 7. num. 4. in quo sensu explicat illud. cap. quoniam, de iure Patronatus, in quo habetur, quod quando Patroni fuerint diuisi, in plura suffragia, seu personas, ille, cæteris præponatur, qui maioribus meritis fungatur, & plurimorū eligatur, & approbetur assensu.

Couarru.

Cap. quoniā de iure Patronatus.

10 Posset autem dubitari. Quando Patronus præsentat duos, tāquam æquè dignos, liceat ne Episcopo, & collatori, cuicūq; illorū gratificari? At huius rei determinatio habetur, in cap. cum autem, de iure Patronatus. Nàm si simul duo, tanquam æquales præsententur, non est dubium, Episcopum, seu quēcumq; alium electorem, quē voluerit

Dubiū quid si Patronus duos æque dignos præsentet?

Cap. cum autem de iure Patronatus.

voluerit ex ipsis eligere, in hoc enim nulli facit iniuriam. Si vero successiue præsententur, antequam alteri datum fuerit beneficiũ, in eo cap. determinatur, Quod si laycus sit qui præsentat, liceat Episcopo vnum, aut alterum eligere, si vero clericus sit Patronus, priori pręsentato (qui potior est in iure) conferendum sit beneficium. Et quod dictum est, quãdo duo æquales proponuntur, dicendum etiam est, quando ab æquali numero electorũ duo digni proponerẽtur; posset enim Episcopus, vni aut alteri beneficium conferre.

11 Adnotat autem, & probat Nauarro Consil. 5. & 6. de iure Patronatus, quòd licèt Episcopus per examen duos fere ęquales inuenerit, non potest alteri illorum gratificari, illum alteri prępõnẽdo, vel illi beneficiũ conferendo, hęc enim gratificatio, ad Patronũ spectat, qui potest ex ęqualibus

Episcopum non posse ex duobus per examẽ fere æqualibus alteri illorũ gratificari, sed hoc ad Patronum spectare.

quem maluerit præsentare. Et contra ius esset Patronatus, si Episcopus ante præsentationem illi factam, vnum eligeret ex æqualibus.

Quid in Noua Hispania in præsentationibus pro Regibus factis fieri debeat?

Vnde colligitur, in Noua Hispania, & alijs illorum Regnorum partibus, vbi duo proponuntur Prorregibus, vt Patronis locum Supremi Regis, & Patroni substituentibus, vt ex eis, alterũ præsentent, si per examen inuenti fuerint æquales, non esse licitum Episcopis alterum proponere priori loco vt digniorem, sed teneri ad eos proponendum, tanquam æquales, vt non fraudentur Patroni proprio iure præsentandi, quem voluerint ex æqualibus. 12

De Patronis si peccãt minus dignum præsentando.

13 Secundo loco differendum est de Patronis, de quibus dices (Patrone amplissimè) peccant ne eligendo, & præsentando minus dignum?

Ius Patronatus duplex esse Ecclesiasticũ, & laycum.

14 Cui vt respõdeam. Iuris Patronatus distinctionem præmittas. Nàm alter est

eſt Patronatus Eccleſiaſticus, alter ve rò laycus, & ſæcularis. Patronatus Eccleſiaſticus ille dicitur, vt auctor eſt Couarruuias in quæſt. practic. cap. 36. nu. 2. Non quem Eccleſiaſticus poſſidet (is enim laycum Patronatũ poſſidere poteſt) ſed qui competit alicui, ex eo, quod ex bonis Eccleſiaſticis fun dauit Eccleſiam, extruxit, vel dotauit. *Couarru. Patronatus Eccleſiaſticus.*

15 Vel qui habetur ratione Rectoratus Eccleſiæ, aut dignitatis Eccleſiaſticæ, vt ſi fundaſti Eccleſiam, id eſt, ſi fundũ in quo ædificata eſt, tribuiſti, eam extruxiſti, vel dotaſti, ſi beneficium ex bonis Eccleſiaſticis erexiſti, habes ius Patronatus Eccleſiaſtici. Itẽ ſi habes ius præſentandi, quia Decanus, vel Ab bas, vel ex aliquo Summi Pontificis

16 priuilegio. Ita in gloſſa Clement. 2. de iure Patronatus & alij. Patronatus vero laycus dicitur, qui competit alicui, quia ex bonis patrimonialibus, & ſæcularibus fundauit Eccleſiã, vel conſ- *Gloſ. Clem. 2. Patronatus laycus.*

truxit, vel dotauit, aut beneficium aliquod erexit; aut quia ab aliquo horũ cauſam habuit, in quo communiter omnes ſine diſceptatione conueniũt.

Patronum Eccleſiaſticum teneri eligere digniorem.

Quibus præmiſsis, quantum ad Pa- 17
tronatũ Eccleſiaſticum, omnes concedunt, teneri Patronum, magis dignum eligere, quia propriè ſunt bona communia Eccleſiæ, ad quæ Eccleſiaſticus Patronus præſentat, & ita digniori ſunt conferenda ex inſtitutione, & voluntate Eccleſiæ. Et ita in Concilio Tridentino decernitur, ſeſſione. 24. cap. 1. & cap. 18. de reformatione. Et inde conſtat. Quia ſi Summus Pontifex, aut prælati huiuſmodi beneficia conferrent, dignioribus tenerentur conferre: ad idem ergo Patroni tenentur, ſi quidem ij quantum ad præſentationem, & electionẽ ſuccedunt in locum Summi Pontificis, ſiue aliorũ Eccleſiæ Prælatorũ: cum eiſdẽ ergo obligationibus ſuccedunt.

Conc. Trid

De

18 De Patrono verò layco maior solet exitari dissensio, quia Cessar Lamberthinus, lib. 2. de iure Patronatus. 1. p. q.10. art. 3. num. 17. Cui subscribit Fr. Emanuel Rodriguez, verbo beneficium. 2. Et Petrus de Nauarra libro. 2. de restitutione, cap. 2. num. 150. Qui D. Thomam, & Couarruuiam addu-cit pro se, asseuerant, propriæ obligationi satisfacere, si Patronus dignũ præsentet, neq; ad præsentandum digniorem teneri, & M. Lesius de iustitia libro. 2. capit. 34. dub. 13. Idem insinuare videtur, dum ait. *Si Patronus fuerit Ecclesiasticus, debere dari beneficium curatum dignissimo; si tamen* Patro-*nus sit laycus, & præsentet dignum, hunc debere institui ab Episcopo.* Et probant duplici ratione.

De Patrono layco dubiũ debeat ne digniorem assumere. Cessar Lãbert. Fra. Eman. Rodrig. Petrus Nauarra tenent, non debere digniorem, sed dignum præsentare.

19 Prima, quia in layco Patronatu, ex bonis proprijs fundatorũ, redditus beneficij processerũt, nemo autẽ tenetur ex proprijs bonis distributionẽ fa-

Primum argumentum.

cere

cere digniori, ſed licite poteſt illa digno conferre propter aliquod miniſterium: nō ergo committit peccatū Patronus, ſi ex proprijs bonis tribuit beneficiū digno, & digniorem dimittat.

Secundum argumentū

Conc. Trid.

Secunda. Quia in Conc. Trident. ſeſ 20
ſione. 24. cap. 18. de reformatione præcipitur, vt Patronus Eccleſiaſticus digniorē preſentet, & quantum ad Patronum laycū ſolum dicitur, vt *ex approbatis dignum præſentet.* Non ergo tenetur laycus Patronus digniorē eligere, etiam ſi beneficiū ſit curatū, de ijs enim loquitur concilium.

Vera ſententia teneri etiam laycū digniorē eligere.

At communis Doctorum aſſertio 21
ea eſt, Teneri Patronum etiam laycū, digniorem eligere, & præſentare, vel ſimpliciter, ſi in Patronatu nulla eſt facta reſtrictio, vt fieri poſſe, infra dicemus: vel inter eos, qui ad eandē ciuitatem, & familiam ſpectant, & hoc veriſsimum cenſent Couarru. in regul. peccatum. 2. p. §. 7. num. 5. M. Soto,

Couarru.
M. Soto.

lib.

lib. 3. de iustitia q. 6. art, 1. ad 2. argumẽ tum, & Nauarro, & M. Rebello de suc cessoribus, qui fundatori in iure Patro natus succedunt, affirmat, licet de primo fundatore oppositũ asseueret, in suo de obligationibus iustitiæ. 1. p. lib. 3. q. 4. num. 5. Assertio tamen ex eo cõ-
Nauarro.
M. Rebello.

22 stat. Quia quãdo admittitur ab Ecclesia fundatio alicuius beneficij, bona illa fiunt Ecclesiastica, & spiritualia, & ita sequũtur ordinem, & modum bonorum Ecclesiæ, vt scilicet, dignioribus conferantur. Quando ergo non est posita contraria conditio, secundũ communem regulam bonorum Ecclesiæ est de huiusmodi beneficijs iudicandum.
Assertio veræ sententiæ probatur.

23 Tũ vltra, quia eadẽ inconueniẽtia, quæ sequũtur, si Patronus Ecclesiasticus cõferat beneficia minus dignis, sequuntur etiam, si Patroni layci minus dignos assumãt, defraudatur enim Ecclesia maiori vtilitate, quæ ex digniori ministro

ministro proueniret. Et debita proportio inter meritum, & præmium quod secundũ dignitatem, & voluntatem Ecclesiæ, dari debet, non seruatur.

Ad. 1. arg. Oppositæ tamen sententiæ rationibus occurro. Primæ. Quod licèt fundatio beneficij facta sit, ex bonis sæcularibus, & propterea Patronatus non dicatur Ecclesiasticus; sed laycus, post ipsam fundationem, & acceptationẽ Ecclesiæ, bona illa fiunt spiritualia, & secundum voluntatem Ecclesiæ distribuenda, ac per consequens dignioribus elargienda. Vel absolutè, si nulla fuerit conditio in fundatione posita, quæ limitet ad certam ciuitatem, vel familiam. Et quamuis adhuc benificij dotatio limitetur, adhuc permanet Ecclesiæ voluntas, vt dignior ex familia, vel Ciuitate assumatur. Ita *Couarru.* Couarr. 2. part. regul. Peccatum. §. 7. num. 5. 24

Se-

25 Secundæ item rationi Respondeo, & est D. Nauarri loco citato responsio, in Conc. Trident. admoneri Patronum Ecclesiasticum de sua obligatione, eligendi digniorem, & quamuis hæc admonitio non ponatur circa laycum Patronum, prior obligatio manet, quasi ex iure naturali digniorem præsentandi, ex ijs saltem, qui eligi possunt. Vel secũdo modo res-
26 pondeo cum M. Aragon. 22. q. 63. art. 3. In concilio facultatem restringi Patrono Ecclesiastico ad hoc, vt si minus dignum præsentet, posit Episcopus præsentationem non acceptare, at in Patrono layco, noluit hanc restrictionem constituere, sed si dignum saltẽ ex examinatis proponat, erit eius præsentatio acceptãda in cõsciẽtia & potest ad id cõpelli. c. Pastoralis de iure Patronatus, & tenet Lessius de iustitia lib. 2. c. 34. dub. 7. n. 30. Vterq; tamẽ Patronus obligatur ad magis dignũ

Ad. 2. arg.

Nauarri expositio ad locũ Concilij.

M. Aragõ. alia expositio.

Cap. Pastoralis de iure Patronatus.

M. Lessius.

præsen-

præsentandum. Et hoc modo loquitur Leonardus Lessius pro contraria sententia adductus. Qui potius est pro 27
nobis; quã contra nos, ait enim: Quod si laycus sit Patronus, & presentet dignum, hunc deberi ab Episcopo institui, vtrumq; tamen Patronum ad magis dignum præsentandum teneri, & affirmat, & pro viribus tuetur multis in locis, vt supra ostendimus.

M. Lessius pro cotraria adductus exponitur.

CAPVT. XIII.

Possit ne, qui laycum Patronatũ instituit, sub ea conditione instituere; & ab Ecclesia admitti; cilicet, quòd dignis beneficia conferantur?

Matth. 20.



1 AN *non licet mihi, quod volo facere?* Ait Christus, Matth. 20. Videlicet *in bonis meis*, vt Græcus habet contextus, & communiter interpretes subaudiũt, vt pro ratione

ratione ſuæ inæqualis diſtributionis, Pater familias ſuam redderet voluntatem, & ſibi liberum eſſe oſtenderet, ex ſuis bonis, quod voluerit facere, & cui placuerit elargiri. Cum ergò fundator liberaliter ex ſuis bonis proprijs, beneficium inſtituat, cui voluerit illius beneficij redditus elargiri poſſe non dubito, & perpetuam pro eo conditionē *Patronū lay* digni præmittere, vt ei conferatur, & *cū poſſe ſub*
2 ad collationē à ſuis ſucceſſoribus præ- *hac conditio* ſentetur, grauiſsimi Doctores non du *ne, vt dignus* bitant. Imò aſſertiſsimè determinant, *eligatur beneficia inſti* cuicumque licere, quod voluerit face *tuere.* rē in bonis proprijs. Ita Couarruu. in *Couarr.* Reg. peccatum. 2. p. § .7. num. 5. M. Ara *M. Aragon* gon. M. Valētia, Emanuel Rodriguez, *M. Valen.* M. Leſsius, de Iuſtitia, lib. 2. cap. 34. du *Eman. Rod.* bi. 13. num. 58. Et quaſi pro comperto *M. Leſsius.* ſupponit, aſſerendo, pari modo, ſi fun- *M. Rebello.* dator conſtituiſſet, vt ſi quis ex ſua familia, dignus repertus fuerit, ei det' M. Rebello, de obligationib⁹ Iuſtitię. 1. p.

lib. 3. q. 4 nu. 3. Vbi communẽ hanc af-
Singularis est contra hanc assertionem M. Soto 3 ſertionem appellat, in qua ſingularis
eſt M. Soto, qui lib. 3. de Iuſtitia. q. 3. ar-
tic. 1. cócl. vltim. in beneficijs curatis
credit, non eſſe licitum fundatoris ſub
hac conditione inſtitutum, vt ex alie-
na familia, etiamſi dignior eſſet, non
eligatur, & non eſſe in Eccleſia admit-
tendum. Singulare inquam eſt, & ſi-
Redarguitur M. Soto. 4 bimet contrarium aſſertum. Nam ip-
ſe concedit, poſſe limitari electionem,
vt ſolùm ex aliqua ciuitate fiat, aut fa-
milia, quamuis aliqui digniores repe-
riantur, vt ſupra vidimus, quare ergo
licita non erit in eius opinione condi-
tio, vt digno detur ex aliqua familia,
quamuis in eadem alij reperiantur dig-
niores? Nã qui ex proprijs bonis fun-
dat Eccleſiam, non tenetur dare dig-
num miniſtrum, ſed ſufficientem; etſi
ab Eccleſia fuiſſet talis conditio acce-
ptata, non teneretur Patronus laycus
digniorem præſentare.

Qua

Qua propter, verissimum cēseo, cōditionē propositā licitè posse poni, etiā in beneficio curato: & conuenienter posse admitti ab Ecclesia, Quia ille talis fundator, est dominus suorū bonorum, potest ergo de illis pro libito disponere, & quod voluerit facere: dummodò rationabile sit. At conferre dignis, cum prædictis clausulis, & cōditionibus, rationabile est, potest ergo sic institui. *Conditionem poni, & ab Ecclesia admitti posse.*

6 Præterea, quia talis institutor, & fūdator, non tenetur dignioribus cōferre, neq; ex Iustitia Distributiua, neq; ex Cōmutatiua. Nō cōmutatiua, quoniam bona illa non sunt stipendiū Ecclesiæ, nisi depēdēter à volūtate donātis, aut beneficium instituentis. Non etiam ex Distributiua, Quoniam bona illa, non sunt communia Ecclesię, pro dignioribus proposita, seruata meritorum ratione; sed tantùm ex libera voluntate donantis. *Laycum non teneri bona dignioribus conferre, neque ex Iustitia Distributiua, neque Commutatiua.*

Ab Ecclesia licite huiusmodi conditionem admitti.

Quod vero licitè ab Ecclesia possit admitti, ex Ecclesiæ consuetudine cõstat, qua vnicuique conceditur, huiusmodi beneficia, de bonis proprijs, cũ prædictis cõditionibus instituere, quæ valde rationabilis est, ne fideles, ab huiusmodi institutionibus, & pijs operibus abhorreant: Sed potius alliciãtur, quod constat ex cap. Monasterium. 16. quæst. 7. Vbi intuitu fundationis conceditur fundatori, quòd eligat ministrum, quem maluerit, dummodò dignus existat. Et quamuis bona instituentis beneficia post institutionem facta fuerint Ecclesiastica, nõ tamẽ absolutè cõmunia, sed seruatis cõditionibus instituẽtis, qui sic instituẽs, & faciens, non facit contra ius naturale, aut diuinum, cum liberum sit vnicuique, de proprijs bonis rationabiliter pro libito disponere, & quod voluerit facere. Et ita tenet Card. Tolet. lib. 5. suæ Summæ. cap. 78. §. alter est. 7

cap. Monasterium. 16. q. 7.

8

Bona instituentis post institutionẽ, & si facta fuerint Ecclesiastica, non absolutè communia.

Card. Tole.

Sed

In Eccleſia tamén Collegiata, vel Cō uentuali cum ius eligendi ad perſonas
9 de capitulo conſtet pertinere, c.1. Cū ibi notaris, de Electione; talis cōditio, nec admitti, nec apponi poteſt. Quia tale ius Pat@ono layco non competit, c.Nobis, de Iure Patron. Nec in contrariùm conſuetudo etiam immemorialis ſubſiſtit, c.Meſſana, de Elect. Couar.Regul.Poſſeſſor.2.p.§.10.n.3. M. Molin.tract.2.de Iuſt.diſp.75.§.*Quando*. Neque etiā pactū.ca. Sacroſancta, de Elect. Quamuis abſq; fundamento pactionē hac in re Molina concedat dict.§.*Quando*, cui nec fauet textus in dict.c.Nobis vbi. *Niſi aliter de ſua iuriſdictione obtineat*. Quia verba illa ad
10 Sum.Pontificis priuilegium referēda ſunt. Quo ſolo Patronus id ipſum obtinere poteſt, ex Gloſſa, ibidem recepta, ex Nauarro.conſi.6.&.7. à nu.2.de Iure Patro. Couar.dict.n.3.Barboſ. in l.Titia.35.n.40.col.2.ff.ſolut.matrim.

In Eccleſia Collegiata, vel Conuentuali, in qua ius eligendi ad capitulū ſpectat, neq; admitti, neq; apponi poteſt conditio, nec in contrariū valet conſuetudo.c.Meſſana, Couar Molin. Neque pactū admitti poteſt & impugnatur Molin. quód pactū admiſſerit, ex ca. Nobis Gloſ.Naua. Coua.Barbo.

Quomodo Ius præsentandi in Ecclesia Collegiata, acquiretur Nauar. Couar. Mol.

De Iure verò præsentandi Prælatum in Ecclesia Collegiata. An saltèm ex consuetudine immemoriali, an ex pacto, seù Iure acquiri posit, eleganter differunt Nauar. Couar. an. 3. & Molina locis adductis.

CAPVT XIIII.

Sit ne Supremi Regis Patronatus in Noua Hispania, alijsque illius Noui Indiarum Orbis partibus, Iuris Layci, vel Ecclesiastici? & quam regulam sequatur, in præsentatione Ministrorum Ecclesiæ.



DE layca, & Ecclesiastica potestate, dequè vtriusquè origine, & differentia, non leue esset, nec facile in præsentiarum discutere, nequè inutile foret, vt indè vtriusque 1

Iuris

Iuris diſtinctio apprehenderetur apertè, de hoc autem vnum inter alios inuenio, non humano eloquio diſputantem; ſed diuino ſupremoq; diſcurſu diſſerētem, cui iniuriam facerem, ſi aut vnum verbum proferre tentauerim.
2 Hic eſt M. Molina, de Societate *M. Molin.*
Ieſu benemeritus, tom. 1. de Iuſtitia, & Iure, tract. 2. diſput. 21. & deinceps. Ac proinde vnum tantùm leuiter attingam: Et aduertendum præponam.

Eccleſiaſticam poteſtatem Iure diuino exceptam eſſe à layca, ea ſuperiorem, & ab ea diſtinctam.

3 In cauſis merè Eccleſiaſticis, Eccleſiaſticam poteſtatem diuino Iure exēptam eſſe, & diſtinctam, à layca poteſtate. Vt in creandis Epiſcopis, & Sacerdotibus, in diſtribuendis Diœceſibus, in cauſis indè emergentibus, & denique in ijs omnibus, quæ ad ſolam ſpectant Eccleſiaſticam poteſtatem, & ſpiritualem Iuriſdictionem.

Quæ poteſtas Eccleſiaſtica.

4 Quoniam Poteſtas Eccleſiaſtica diſtincta eſt à layca, & ea ſuperior, à Chriſto Domino immediatè inſtituta; Et in

Petro, Apostolis, & Discipulis ipsis eorumq; successoribus tradita. Potestas
Quæ potestas layca. verò layca, seu ciuilis ortum habet à 5
Deo per Rempublicam, solumque se extendit ad naturalia. Et sic in causis merè Ecclesiasticis, quæ potestatis Ecclesiasticæ sunt propriæ, quales sunt, quę diximus; Clerici Iure diuino à layca potestate exempti sunt, illaq; potestas, ab hac. Vndé Apostoli, sine vlla laycæ potestatis autoritate, curã, & administrationẽ Ecclesiæ exercebãt, eodemque modo perpetuò se gesserunt, eorum successores. Meritò ergo post
Error Vvicleph. Ioan. Hus. Vviclephũ, & Ioannem Hus, in Concilio Constanciensi, sessione. 8. & 15. 6
Damnatur Marsilius Patauinus, cuius multi fuerunt errores. Con. Const. Damnatos à Ioanne. XXII. Damnat⁹ est Marsilius Patauinus, qui asserebat, Christum tributum soluisse, non ex liberalitate, & condescensione, sed necessitate coactum. Item ad Imperatorem pertinere Papam corrigere, atq; instituere. Item emanasse, ab Imperatore.

tore, Sacerdotē vnū esse maiorē, habereq; maiorē autoritatē, ac alius sacerdos habeat, posseq; illā tollere, sicut eā cōtulit. Addebat, neque Papā, neq; totam Ecclesiā posse punire aliquē coactiuè, nisi Imperator dedisset ei autoritatem. Quæ omnia cum libertate Ecclesiæ pugnant. Errores huius hæretici, Doctamque eorum cōfutationem, legi apud Albertum Pighium, libr. 5. Hierarchiæ Ecclesiasticę. At prædictę nostræ assertionis veritas constat, Ex
7 c. Si Imperator. 96. dis. vbi Ioannes Papa, inter alia, ait. *Ad sacerdotes Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates.* Hocque
8 constat singulari, mirabilique illo facto Constanstini Magni, in Concilio Niceno. Quod Ruphinus, lib. 10. historiæ Ecclesiasticæ commemorat. & refertur, cap. Continua, & cap. Sacerdotibus. 11. q. 1. cum enim Episcopi libellos accusantium, quorundam aduer-

Albert. Pighius.

Probatur assertum.

C. *si Imperator. 96 d.*

Mirabile cōstantini Magni factū, in Concil. Niceno.

Ruphinus.

C. *Continua*

C. *Sacerdotibus. 11. q. 1.*

ſus alios, ad Conſtãtinum detuliſſent, conuocatis illis dixit. *Vobis dedit Deus poteſtatem iudicandi nos. Vos verò ab hominibus iudicari non poteſtis.* Libelloſquè omnes ſibi oblatos, coram omnibus proiecit in ignem. Id quòd ex Syluestri Conſilio dediſciſſe videtur. Id verò, quod Conſtantinus affirmauit, potiſsimũm habet verum, in rebus merè Eccleſiaſticis, quæ nulla ratione ad laycam pertinent poteſtatem. Hic 9

Non agi, de cauſis, quæ ad layca vocantur tribunalia, quia vim patiuntur, & dicitũ, por via de fuerza.

enim nõ eſt animus, de alijs cauſis diſſerere, quas vel ex priuilegio, vel ex cõſuetudine, vel iure ipſo Regio, intuitu pacis, & ſuorum ciuium concordis pacificæquè gubernationis cauſa, Reges noſtri poſſunt ad ſua vocare tribunalia, quæ vim patiantur à Iudice Eccleſiaſtico (quod vulgò dicitur, *por via de agrauio y fuerça*) de quo M. Bañez. 2. 2. quæſt. 67. art. 1. dub. 2. concl. 6. Ait, Reges Hiſpaniæ habere priuilegium Põtificis: Et ita eſt communi vſu receptum,

M. Ba.

tum, & seruatũ, ad reprimendos Epis-
coporũ vicarios. Durissimum namq;
esset, si eorum sententijs, quandoque
voluntarijs, à Rege Christianissimo,
& iustum, & breue remedium adhibe
ri nõ posset. De quo grauissimos inue
ni differentes Doctores, & mei mune
ris non est, rem hanc satis contruuer-
sam decidere. De ijs inquàm causis ni
hil agimus in pręsenti; sed de causis me
rè Ecclesiasticis, quas supra in princi-
10 pio retulimus. Quo fit, vt qui Ius Pa-
tronatus habent præsentandi in Epis-
copos, & ad alia beneficia Ecclesiasti-
ca, solùm id habeant ex priuilegio, &
concessione potestatis Ecclesiasticæ:
tametsi eis soleat concedi, in gratitudi
nem pro subsidijs tẽporalibus, quæ ad
institutionem beneficiorum contule
runt, vel alia iusta causa, qualem iustis
simam arbitror eam, propter quam Re
11 gibus nostris Hispaniæ Ius Patrona-
tus in partibus Indiarum, est elargitũ.

Ius præsentandi in Episcopos habẽt Reges ex priuilegio Ecclesiæ.

Qua causa iustissimè in noua Hispania Regibus est concessi.

Quia

Quia proprijs, vel suorum expēsis, eas debellarunt, & Indis victis, ad fidem Catholicam, & Ecclesiam reduxerūt. Et quæ parta sunt, & reducta, conseruant, prouidissimaq; protectione tuētur, attentissimisque, & pijssimis oculis protegunt, & defendunt. Quod vt 12
continuò præstent liberalissimeque prouideant; neque labori, neque pecunijs, neque alijs penè infinitis solicitudinibus parcunt, ac si Christianissimi Reges, hoc vnum haberent, quod curarent, eis perpetuo prouidendo, De Episcopis dignissimis, de ministris do-

De solicitudine qua rebus illius Regni prouidēt Reges nostri

ctioribus, de Prorregibus, & Gubernatoribus Christianissimis, qui potius Religiosi prædicatores, quàm Principes sæculares, & zelo Religionis, & cura maiorum in Religione progressuum apparent: Et ita horum, & illorum paci, & maiori prouentui Reges nostri soliciti inuigilant, vt illorum Regnorum incolæ, non solùm de necessarijs, 13

Prorregum zelus, & sanctitas.

sed

ſed & de ſuperabundantibus remedijs
14 gaudeant, & abundent. Quapropter iuſtiſsima cauſa eſt; vt eiſdem Regibus Summi Pontifices, hoc ius Patronatus conceſſerint, liberaliſsimequè, & pleniſsimè ſint elargiti. Et circa Epiſcoporum præſentationem, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum diſpẽſationem, quæ attentiſsima Prudentiſſimorum ſenatorum ſolicitudine, curantur, ac diſpenſantur, qui & pro illorum Regnorum rebus prouidendis, & iudicandis ſunt inſtituti. Quorum priuilegiorũ, exactiſsimã poſsẽ in præſentiarũ rationẽ reddere, ſi grauiſsimi, id nõ feciſſent Doctores, illius Noui Orbis fulgentiſsima lumina, P. ſcilicet, Ildephõſus de la Veracruz, cognomẽto doctiſsimus D. P. Auguſtini alumnus, M. Veracr. totius Indiarum Orbis parens, virtutũ & literarum primus, præcipuus, & cõmunis Magiſter, & Fr. Ioãnes Baptiſta Ioan. Bapt. Mexicanus ordinis D. Franciſci, qui ſingu-

ſingularia priuilegiorum compendia edidere, & accutiſsimam eis expoſitionẽ adiecere. Et quod ijs ex cauſis huiuſmodi ius, & poſsit, & debeat Patronis concedi, cõſtat, ex Caietano. 1.to. opuſcul. tract. 1. de Poteſt. Papæ, c.27. Victor. Relecti. 1. de Poteſt. Eccleſiæ. q.vlt. num, 3. Magiſter Soto, in.4. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 2. Driedor. 2. de libertate Chriſtiana, cap. 2. Magiſter Leſsius, de Iuſtitia, libr. 2. cap. 34. dub. 5. numer. 22. 23. & 24. Azor. tom.2. libr.6.c.19.§. quinto queritur. Quæ ſi inſpiciantur, ſupremi noſtri Regis Patronatum in illis Noui Orbis Indiarum partibus, Eccleſiaſticum debere appellari, veroſimilius apparet, cum à Summo Pontifice, vt à ſupremo Eccleſiaſticæ poteſtatis fonte proueniat, & ita cenſet. M. Aragon. 2.2.q.62.ar.2. aſſeuerans, ius præſentandi, quod habent Reges Hiſpaniæ, ad Eccleſiaſticum Patronatum ſpectare. Verum enim

Caietan.
Victoria.
M. Soto.
Driedo.
M. Leßius.
Azor.
Regium Patron. Eccleſiaſticum eſſe.
M. Aragon.

enim verò, ex communi modo, quo
16 in Noua Hispania Prorreges assuescũt
in horum dispensatione se habere, lay
cum videtur. Quia licet communi-
ter ex duobus examinatis ab Episco-
po, alterum præsentent ministri Re-
gis, sæpè etiam contingit, vt sine tali
examine, Rex præsentet aliquem, quẽ
dignum reputat, & hoc indicium est
iuris layci Patronatus. Præterquàm
quòd si res illius Regni, attentè aduer
tantur, & beneficia ipsa consideren-
tur. Videtur Ius præsentandi, Paro-
chos ad laycum Patronatum specta-
re. Quoniam Rex ipse, ex proprijs bo-
nis suæ Cameræ, & thesauri, melioribus
quidem, & selectioribus, redditus an-
nuos assignat, qui Parochis in stipen-
diũ, & sustẽtationẽ dãtur. Et in pluribus
Episcopatibus, qui tenuiores sunt, &
decimas, ad congruam Episcopo-
17 rum sustentationem, nõ habent, quia
Indi eas non tribuunt de fructibus
illius

Ex modo quem in præsẽtationibus Prorreges obseruant, laycũ apparere.

Specialis ratio quare Regius Patronatus laycus dici possit in Noua Hispania.

illius Regni proprijs,& Hiſpanos non habent incolas. Rex ipſe, ex ſuis bonis, ſimiliter,& ijs liberaliſsimum ſtipendium, ad congruam eorum ſuſtentationem, elargitur. Et cùm communi Iure receptum ſit, Quod Patronum faciunt, Dos, AEdificatio,& Fundus, & Dotatione Patronum effici, ait Magiſter Azor. tom. 2. inſtitutionum Moralium, lib. 6. cap. 19. §. *Patronum faciũt,* 18

M. Azor.

Cap. Decre. 10. q. 1.

Cap. Filiis 17. q. 2.

Cap. Nemo de conſecra. d. 1.

Gloſſ. c. Piæ mentis. 16. q. 7.

Cum aliquis annuos redditus, ſiue prouentus (qui dotes Eccleſiarum, in cap. Decretum. 10. quæſt. 1. rectè dicũtur) attribuit,& aſsignat,& conſtat, cap. Filijs. 17. quæſt. 2. & cap. Nemo, de conſecrat. diſt. 1. & Gloſſa, cap. Piæ mentis, 16. q 7. Et ſupremus Rex Eccleſias illiꝰ Regni fundet, ædificet, & annuis redditibus dotet,& augeat, conſequenter debet inferri, laycum eſſe huiuſmodi Patronatus Ius,& ex inde rectè poſſe, pro ijs beneficijs, non pręmiſſo examine dignum præſentare.

Et

Et ijs, ex ſententia cuiuſdam viri doctiſsimi, in illis partibus multis ab hinc annis degentis (quem hac in re non ſemel conſului.) Addo, Quòd etiam ſi Patronatus Eccleſiaſticus eſſet, licitè poſſet Rex, non præmiſſo examine, dignum præſentare miniſtrum. Nam in Concilio Tridentino, ſeſsione.24.ca.18.de Reformatione, de Regio (inquit) Patronatu mentio non fit, & in generali diſpoſitione, quæ ad Patronos ſpectat, non includuntur beneficia, quæ ſpeciali dotatione, vel alia de cauſa, ſub Patrocinio Regum continentur.

Ex ſententia cuiuſdã adi tur. Quod etiam ſi Eccleſiaſticus eſſet Patronatus poſſet dignum ſine examine præſentare.

Conc. Tridẽ.

Expoſitio.

At ſi probabilis appareat, mihique huius viri doctiſsimi ſententia arrideat; Semper tamen mihi viſa eſt nimis animoſa. Generaliter enim cõcilium loquitur, de Patronatu Eccleſiaſtico: & voluntaria videtur ad hanc generalem reformationem; Regis Patronatus Eccleſiaſtici exceptio, &

Hæc ſententia refellitur.

20

ipſum concilium, non latuiſſe putandum eſt. Regium Patronatum, illius Noui Orbis, cuius conuerſionem clariſsimam, & toti Orbi notiſsimam, iam quadraginta annis, tunc factam conſtat. Quomodo ergo generali illi congregationi, in Deo congregatæ, vt totius mundi partibus remedium præſtaret, non conſtitiſſet, vt illius ſingulariſsimi Regij Patronatus in illa generali Patronatuum diſpoſitione, mentio fieret? Suſpicari, quis audeat ſecurus?

Hæc de beneficiorum Eccleſiaſticorum recta Diſtributione ſufficiant.



DE

DE DISTRIBVtione officiorum sæcularium.

CAPVT XV.

An sæcularia officia indigno, digno post habito, vel digno digniori dimisso, conferre: sit contra Iustitiam Distributiuam, & personarum Acceptio?



SAECVLARIA officia, quædam ad gubernationem facultatum, & familiæ Principis sunt ordinata, & de ijs in præsentiarum non ago. Alia sunt ad Reipublicæ gubernationem destinata, vt sunt officia Iudicum, Senatorum.

1

De quibus officijs disseratur.

rum, Prorregum, aut Præsidentium, aut ad Iustitiæ exequutionem, & eius prçparationem, vt sunt Notariorum, & lictorum munia, Et alia huius generis non pauca. Et de ijs sermonem instituo. Teneatur ne Princeps prouidere Reipublicæ de ministris, & officijs necessarijs ad rectam officij administrationem? Et præter hoc quod offi- 2
cia sunt Reipublicæ debita, propter stipendium, quod ad Iustitiam Commutatiuam spectat, Potest reperiri in ijs officijs, alia honoris, dignitatis, & vtilitatis consideratio, quæ omnia à Republica, circa membra eius, & partes conferuntur. Et hoc ad Iustitiam pertinet Distributiuam, Proportionatam procurare bonorum Reipublicæ distributionem, iuxtà proportionem meritorum, & dignitatis singularium partium Reipublicæ. Et ex hac secunda cõsideratione euenit 1
id, quod disserendum proponimus.

Præter hoc quod ratione stipendij, sunt hæc officia Reipublicæ debita ex Commutatiua, ratio etiã honoris reperitur, vt Respublica distribuere debeat ex Distributiua.

Ac

tum, & seruatũ, ad reprimendos Epis-
coporũ vicarios. Durissimum namq;
esset, si eorum sententijs, quandoque
voluntarijs, à Rege Christianissimo,
& iustum, & breue remedium adhibe
ri nõ posset. De quo grauissimos inue
ni differentes Doctores, & mei mune
ris non est, rem hanc satis contruuer-
sam decidere. De ijs inquàm causis ni
hil agimus in pręsenti; sed de causis me
rè Ecclesiasticis, quas supra in princi-
10 pio retulimus. Quo fit, vt qui Ius Pa-
tronatus habent praesentandi in Epis-
copos, & ad alia beneficia Ecclesiasti-
ca, solùm id habeant ex priuilegio, &
concessione potestatis Ecclesiasticae:
tametsi eis soleat concedi, in gratitudi
nem pro subsidijs tẽporalibus, quae ad
institutionem beneficiorum contule
runt, vel alia iusta causa, qualem iustis
simam arbitror eam, propter quam Re
11 gibus nostris Hispaniae Ius Patrona-
tus in partibus Indiarum, est elargitũ.

Ius praesentandi in Episcopos habẽt Reges ex priuilegio Ecclesiae.

Qua causa iustissimè in noua Hispania Regibus est concessi.

Quia

D. Molina. aures. De quo videndus est D. Molina, de Hispanorum Primogenijs, libro.2. cap.5.num.57.§.*Quod quãdo.* Vbi cui fieri debeat huiusmodi restitutio, declarat. Sicut supra dixerat Ecclesiæ, si indignus ad Ecclesiastica assumatur: ita hic ait, Reipublicæ, cui ex electione indigni damnum non leue contingere videtur. Et tunc ipsum damnum restituendum, atque reintegrandum erit. Ita Adrianus, in.4. tract. de Restitutione, quem refert, & sequitur M. Soto, de Iust.lib.4.quæst.3.artic.5. col. 29.tenet etiam Rebello, de obligationibus Iustitiæ.lib.3.q.4.sect.4.conc.7. Leonar. Lessius, in suo, de Iustitia, libr. 2.cap.32.dub.3.num.13. & est omniũ communis assertio.

Restitutionẽ debere fieri Reipub. 4

Adrianus. *M. Soto.* *M. Rebello.* *M. Lessius.*

5 Quare tota huius disceptationis Inquisitio procedit, quando aliquis idoneus, & dign⁹, digniori posthabito destinatur, & ad huiusmodi officia proponitur eligendus, vel eligitur. An cõtra

De electione digni, digniori dimisso. Maior est difficultas.

tra Iustitiam Distributiuã delinquat, acceptionis personarum peccato, qui sic eligit, & eligendum consulit?

Cui (inspecta veritate, & experta, in
6 remotissimis à supremi Regis conspectu partib⁹, Quibus si digniores nõ destinentur ministri, innumera, & lamẽtabilia damna sequuntur.) Respõdeo. Quòd etsi, vt communissima sententia fert, in distributione dignitatum, & officiorum sæcularium, detur personarum acceptio, quando minus dignis conferuntur; Quod multò magis debeat attendi, pro officijs illis partibus necessarijs, quibus si dignissimi non mittantur, mala quæ proueniunt enumerari non possunt.

Vera assertio, qui dignũ eligit, digniori dimisso cõtra Distributiuam delinquit. Et specialiter pro illis partibus debet aduerti.

7 Principalem huius assertionis partem, & cui totus hic fulcitur discursus, tenent Magister Soto, Nauarro, Couarruu. in Reg. peccatum, lib.6. de reg. iur. 2.p. §.7.n.6. D. Anton. de Padilla, in l. Cum quidam. ff. de legatis.

M. Soto. Nauarro. Couar. D. An. Pad.

D.Molina. Palud. Sylu. Ledes. Caiet. Nauarra. M.Aragon. M.Salon. Rodrig. M.Rebello. M.Lesſius. Didac. Per. tit. 2.l. 22. Ioan. Azor.

2.num.18.Molina,de Hiſpan.Primogenijs,libr.2.cap.5.numer.57.Palud. Sylueſter,Caietanus,Ledeſma,Nauarra.M.Aragon.Salon, Rodriguez, Rebello.1.par.de obligat. Iuſtitiæ,libr.3. quæſt.4.ſect.4.concl.5. num.11.Leonardus Leſsius,de Iuſtitia,libro.2.cap. 32.de Acceptione perſonarum,dub.3. num.15.Didacus Perez.libr.6.titul.2. quæſt.22. & alij innumeri, quos citat & ſequitur M. Ioannes Azor, tom.2. Inſtitutionum moralium,lib.6.cap.15 in Electione ad beneficia Eccleſiaſtica,ſpecialiter D.Thomas.2.2,q.62. & 63.art.2.Quodl.8.art.6.Et omnes Sũmiſtæ,qui nec ſunt pauci,nec parui.

D.Thom. Omnes Summiſtæ.

Probatur aſſertio primo. Aristot.

8 Hocquè ex eo conſtat, aſſerẽdum, Quia in qualibet Republica,honores, & dignitates publicæ, ad præmium virtutis ſpectant, conferri igitur pro dignitate debent. Vt teſtatur Ariſtot. 5.Ethic.cap.3.& 3.Polit.cap.2.At ſi minus digni dignioribus præferantur ordo,

do, & decentia debita peruertitur, in Republica: & cum hoc fiat, & non ex debita causa, ad Acceptionē personarum spectat. Nam respectu propinquitatis, fauoris, aut gratiæ, minus digno confertur, quod secundùm proportionem meritorum, debuerat digniori conferri.

Deinde rationes supra adductæ, de *Probatur. 2.*
9 Ecclesiasticis beneficijs; militant etiā circa sæcularia officia, quę ex secundario effectu, ad virtutis remunerationē ordinātur: Nequè minus præsumitur voluntas sęcularis Reipublicę, ad hoc, vt dignioribus sæcularia officia conferantur, quàm voluntas Ecclesiæ, vt eius beneficia magis dignis elargiantur. Vtrobiquè ergo datur personarum Acceptio.

10 Ac tandem ex inconuenientibus, *Ab inconuenienti ostenditur.*
quæ sequuntur, ex huiusmodi inordinata electione. Nā pręter hoc, quod ad virtutis studium, non alliciuntur, præ-

mijs propositis; Quod valdè necessarium est in Republica. Ferè semper publicæ querellę sequuntur, & scandala, seditiones, & perturbationes, quando digniores prætermittuntur, & minus digni fauore indebito, honores, & officia consequuntur.

Filios illius Regni, non solū non debere excludi ab officijs maioris dignitatis, imo aliis eo missis præferri, si æquales inueniantur.

11 Sed quid dicēdū, si omnes alicuius Reipublicæ ob ignotas sibi causas, & si dignissimi extiterint; & literarū pręstātia, & morū cōpositione, sanguinis nobilitate, & suę Reipublicæ maiori zelo succēsi pręstātissimi inueniātur; ęterne obliuioni tradātur, ne ad officia sæcularia maioris dignitatis, & honoris, qualia sunt senatoria, Præsidentia, &c. vnquā, aut rarissimè assumantur. Qui si cum alijs aliunde eo missis compararentur (veritus sum aliter asseuerare) æquales saltem inuenirentur? Si tamen æquales, ipsi debent in suo Regno, & Patria alijs extraneis præferri. Qui cæteris paribus, eò sunt alijs digniori-

nioribus, & rerũ notitia, & amore Rei publicæ. Qui enim tot Regna suo Regi tãquàm fidelissimi famuli, semel parta obtulerunt, & oblata tuentur, suisquè domibus, & familijs perpetuò se eorũ obseruationi, & tutissimæ protectioni dicãt, & destinant; Quomodo si sibi credantur, à suoque Rege gubernã-
12 da tradantur, non eodem zelo, eademquè fidelitate curabunt, vt quæ Patres sui, bellis, & laboriosissimis ærumnijs, acquisiere, suo etiam labore, & solicitudine conseruentur, protegantur, & ditentur, vt perpetuò durent, & in ęternũ permaneãt, sũma pace, acquiete secura? At cũ ijs omnib⁹ inspectis, alijs iudicẽtur digniores, alijs debẽt ex iusta distributione præferri, alias personas accipi, & ob causas ad rem non faciẽtes,
13 eligi. Quis si æquo animo penset, non inspiciet? Prę̨cipuè cum illi, à supremo inuictissimo, & semper Augusto Imperatore Carolo V. & à Prudẽtissimo

Hæc maxime aduertãtur pro calũniatoribus cõtra filios illius Regni.

Leges, & Regum præcepta de præferendis filiis conquisitorum.

Rege

Rege Philippo.II.ei⁹ filio. Et Pijſsimo Philippo III.eius nepote, ſuis legibus, ſchedulis, ac continuis præceptis, alijs omnibus, filij, & nepotes Primorum Ducum, & Conquiſitorum præferãtur: Iubeantque, ſi digni inueniantur anteponi. Quod debet attentè conſiderari pro diſtributione horum officiorum in illis Noui Orbis partibus.

Huic pro filis illius Regni probatione, non leuis obiectio.

Si tamen dicat quis (ſunt enim multi, qui plura ijs dictis opponant, & in filios illorum Regnorũ inuehere neſcio quo animo, non deſiſtant) ſolum dari acceptionẽ perſonarũ, quando talia ſunt officia, quæ ſolùm ſolent conferri partibus eiuſdem Reipublicæ, ciuitatis, aut Regni, & tũc ſi dignioribus nõ dentur, contra Iuſtitiam Diſtributiuã, delinqui. Quia ſolùm habet locum Diſtributiua Iuſtitia, in communibus bonis Reipublicæ, quæ porportionaliter ſunt diſtribuẽda inter ciues eiuſdẽ Rei 14

publicæ,

publicæ. Sed quando officia ſolent in
15 differenter conferri ciuibus, aut alieni
genis, non cenſentur bona commu-
nia illius Reipublicæ, ſed ſolùm mini-
ſteria, ad quæ exercenda aliqui vocan
tur: & tunc, ſi alijs à ciuibus, illa bona
elargiantur, non eſt perſonarum acce
ptio. Et ſolùm erit quando antiqua cõ
ſuetudine præſcriptum eſt, vt aliqua
officia ſolùm pertineant ad ciues eiuſ
16 dem Reipublicæ. Ita habet M. Valen- *M. Valent.*
tia. tomo. 3. diſp. 5. q. 7. punct. 2. §. 5. At
officia illius Noui Indiarum Orbis, nõ
ſolùm conferri ſolent partibus eiuſdẽ
Reipublicæ, neq; antiqua cõſuetudi-
ne præſcriptũ eſt, vt ſolũ pertineant ad
ciues eiuſdẽ Reipublicæ, ſed indifferẽ
ter ſolẽt conferri, ciuibus, & alienige-
nis, & hoc eſt cõſuetudine antiqua ſer
uatũ: ergo, eis nõ irrogatur iniuria, ne
que cõtra Diſtributiuã delinquitur, ſi
alij, ex alijs partibus, eis dimiſsis, ad ſæ
cularia officia aſſumantur.

Pro

Solutio attẽ ré aduertenda.

Pro hac tamen nõ leui obiectione, 17.
& ex grauissimi Doctoris sentẽtia deducta. Vt soluatur, aduertas (Princeps humanissime) Quædam esse bona cõmunia Reipublicæ ad hoc per se ordinata, vt proportionatè cõferantur partibus illius Reipublicæ, & fiant vniuscuiusq; partis propria, vt sunt Pascua & irrigua communia, & in ijs distribuendis, non solùm reperitur Acceptio personarum, sed, & restitutionis obligatio, si male distribuantur. Alia 18
verò sunt bona communia, quę ex cõsuetudine solùm distribui solent, in ciues eiusdem Reipublicæ, & in ijs distribuendis propria personarum Acceptio reperitur, contra Distributiuam Iustitiam propriè sumptam, de qua loquitur Aristot. 5. Ethicor. Et 3. Polit.
Sed nihilominus alia sunt bona vni- 19
uersalis Reipublicæ, ad quæ non solùm vocantur ciues illius Reipublicę, in qua exercentur officia, Sed etiam alieni-

Multiplex ratio bonorũ in Republica distribuẽdorum.

alienigenæ, vt in illis partibus fieri in obiectione dictum est. Et in ijs officijs distribuendis, Quando minus dignis conferuntur, Quamuis non adeò propriè, & strictè contra Iustitiam Distributiuam debitam obseruari, in illa Republica particulari delinquatur,
20 Est tamen suo modo personarum acceptio, contra ordinem debitum obseruari, in vniuersali Republica. Vt honores, & dignitates, ad remunerationẽ virtutis spectent. Quæ remuneratio etiam habet locum, quando iudicatur conueniens, Vt ex alia Republica vocentur, qui officium exerceant. Quod non deberet, ita frequenter fieri, nisi propter singularem industriam aut prudẽtiam alienigenæ, cuius quidem persona, aut quia eximiæ est au-
21 thoritatis, aut quia literarum pręstantia polet, aut rei militaris industria excellit, necessaria est. Nam dignitates, cuiuscumque Reipublicæ, per se res-

Non deberi ex alio Regno vocari, ni eximia aliqua ratione præcellent.

piciunt,

piciunt partes, & membra eiusdem Reipublicæ, quæ reputetur sibi sufficiens, aliàs autem, non nisi ex ijs caussis, quibus notabiliter proprios ciues præcellere, omnium sententia constet. Sed quantùm illius Regni ciues, vt eis, & non alijs bona conferantur, præcellant; Vt vera possit esse personarum acceptio, illis dimissis, alios assumere, nouit ille, qui nihil ignorat.

Sentẽtia Caiet. *Lud. Lop.* *Acceptionẽ personarum non fieri.*

At si Caietanum in Summa, ver- 22
bo, electio, & Ludouicum Lopez. 1.p. instructorij, cap. 127. consulas, si digni ad officia, etiam dignioribus posthabitis, eligantur; Personarum acceptionem nõ fieri, facilè colliges. Et dictis in principali assertione oppones.

Probat primo.

Primò, quia officia sæcularia, non sunt bona communia Reipublicæ ad hoc instituta, vt in partes Reipublicæ distribuantur, sed ad id solùm instituũtur,

tur, vt bene Respublica gubernetur, & debitum stipendium detur propter administrationem officij, hoc autem pertinet ad commutatiuam iustitiã, non ad distributiuam, ergo si eligatur dignus, nulla est personarum acceptio.

23 Secundo, quia Respublica habet horum officiorum, & stipendij, pro ipsis assignati dominium, & omnem suam potestatem in Regem transtulit, qui & similiter habet dominium, vt cuicũq; digno, officium possit conferre: nulla est ergo personarum acceptio, quando dignior prætermittitur, hæc enim datur in beneficijs Ecclesiasticis, quoniam Prælatus Ecclesiasticus, non est dominus bonorum Ecclesiæ, neq; pro libito potest ea dispensare. *Secundũ argumentum.*

24 Ac tandem tertio, quia licita, & recepta consuetudine, Rex solet huiusmodi officia vendere, quod quidem *Tertium argumentum.*

nulla ratione licitum esset, si ex iustitia Distributiua, dignioribus deberentur.

Pro solutione notandũ.

Quibus accute deductis, & cõtra 25
meam determinationem statutis, vt occurram, præsupponas oportet id, quod de Summo Pontifice diximus

Ob aliquem respectum magni momenti officium posse dari digno.

supra hac. 2. p. cap. 8. Exceptione. 2. videlicèt, ex aliquo respectu pietatis, aut boni cõmunis licitè posse prætermittere digniorem, & digno beneficium conferre: dicendum etiam esse de Rege temporali: nam propter respectum boni communis, ex meritis antecedentibus erga Rempublicam, vel ex alijs, quæ sperantur, potest licite sæculare officium conferre minus

Quomodo in Noua Hispania in officijs de Corregidores, Alcaldes præferantur conquistatores, etsi digniores non sint.

digno, prætermittẽdo digniorem, vt in Noua Hispania frequẽter fit in officiorum (quæ Corregimientos, & Alcaldias dicuntur) electione, vbi cæteris omnibus illius Regni, anteponuntur primi illi Duces, seu Conquistatores, qui ad subiectionem Regum

gum

gum Hispaniæ, Indorum Gentem adduxerunt, & ij, ob hos communis boni respectus, digniores existimantur.

26 Et sic Primo respondeo. Caietanum interpretando illum, de vna, aut altera digni electione, quæ aut ex leuitate materiæ, aut ex paruo Reipublicæ nocumento, aut modico inter electos excessu, ad mortale non adstringere. Vnde ad rationem respondeo, in distributione officiorũ, & dignitatum sæcularium, non solum haberi respectum ad stipendium, quòd datur, & officium quod exercetur, qui respectus ad commutatiuam iusttiam spectat, & cui satis fit, præficiendo ministrum dignum, sed minus principaliter, & secundariò, haberi respectum ad personarum merita, & ad ordinem proportionatum Reipublicæ, vt dignioribus officia conferantur. Et contra

Ad primum argumentũ. Caietanus exponitur.

ſecundùm reſpectum acceptione perſonarum peccari, quamuis idoneis conferantur officia, ſi digniores prætermittuntur.

Obiectio.

Huic ſolutioni accutiſsime oppones, quòd in officijs ſæcularibus nunquam examen, neq; concurſus, ſeu oppoſitio ad agnoſcenda merita perſonarum præmittitur, ſicut ſolet præmitti in Eccleſiaſticis beneficijs. 27

Solutio. Nauarro. In officijs in quibus nõ præmittitur cõcurſus de iure poſitiuo dari alterũ concurſum, vel quaſi cõcurſum de iure naturali.

Reſpondeo, ex Nauarri ſententia Miſcelanea. 42. de oratione, quod in ijs officijs, & in plurimis Eccleſiaſticis beneficijs, in quibus non præcipitur concurſus, de iure poſitiuo debere præcedere alterum concurſum, vel quaſi concurſum, iure naturali debitum: tenetur enim diſtributor aliquã diligentiam adhibere, vt dignitatem perſonarum inſpiciat, quibus officia vel beneficia confert, vt ordinatè, & pro dignitate diſtribuat. Et ad hoc deſeruit id quod iuſtiſsimè in hoc India- 28

rum

29 rum Regio, Supremoq; Senatu institutum est, vt ab illis partibus informationes (quæ dicuntur de officio,) præmissa Prorregum, & Senatorum solicita Inquisitione, & examine, personarumq; ad oculum inspecta, & in pluribus experta dignitate, mittantur cum eorum placito, de qualitate, meritis eorum, vel suorum prædecessorum seruitijs, vt in distributione officiorum, & remuneratione meritorum Christianissimus, Regalisq; Senatus non acceptet personas, & ex ignorantia crassa, & culpabili digniorem dimittat, sed eas, ac si viderit perfectè cognoscat. Et hoc est examen iure naturali debitum, de quo meo videri loquitur Nauarro.

Informationes de officio

Ad quid deseruiant, & quòd ius tribuant Inquisitis per ipsas, vt in Senatu Regio præferatur.

30 Quod etiam si non ita formaliter, & propriè possit nominari concursus, at ex ea parte, qua, qui eligitur periculum in suæ vitæ, & famæ Inquisitione facit, quasi ius concursus acquirit,

Qualis concursus de iure naturali dicatur.

acquirit, cum se, suaq; aliorum solicitæ, & secretæ disquisitioni per testiũ, & grauissimorum virorum asseuerationem, obijcit examinãda. Et in hoc 31
In quo cõueniant, & in quo differãt sæcularia, et Ecclesiastica officia.
conuenit distributio sæcularis cum Ecclesiastica, quãuis differant in qualitate, & dignitate requisita. Nam ad officia sacra, & spiritualia requiritur, vt persona cui confertur, pluribus careat peccatis, illis scilicèt, quæ irregularitatem, & suspensionem inducũt, de quibus nos supra, & latè Ioannes
M. Azor.
Azor. 2. tom. institutionum Moraliũ lib. 6. cap. 7. Hoc autem in officio sæculari, non exigitur, de necessitate. Pleriq; enim homicidæ, irregulares, & qui deberent esse suspensi, sufficiẽter procurant externam pacem Reipublicæ, & rectam administrationẽ
Caietan. M. Soto. Emã. Rodri.
iustitiæ. Ita Caietan. verbo electio. Soto lib. 3. de iustitia q. 6. art. 4. Eman. Rodrig. verbo electio. cap. 107. conc. 2.

Ad. 2. arg.
Secundo satisfacio. Rempublicã, 32
quacunq;

quacunq; via gubernetur, non posse rectè procedere, nisi officia, & dignitates ordinatè, & proportionatè conferat, digniores, minus dignis præferẽdo, & ita quamuis omnem suam potestatem, Respublica, in Regem transtulerit, non potest Rex ad libitum, hæc officia distribuere, sed secundum modum per se requisitum in bene ordinata Republica, in qua præmijs, & pænis adducuntur homines, ad virtutis studiũ, & à peccatis arcentur. Præcipuum autem virtutis præmium est, publicus honos, qui in huiusmodi officijs exhibetur.

33 Tertio, licèt illud cap. 18. discutiendum paro. Respondeo, aliqua esse officia, quæ licitè vendi possunt, inter quę officia iudicũ nõ numerãtur, sed ijs inferiora; & hoc conceditur propter necessitatem Reipublicę, ex quo respectu diximus, Principi licere prætermittere digniorem, vt cõmuniter *Ad. 3. arg.*

 fit

fit, dum officia venduntur, sed per se loquendo, ni lege careret necessitas, etiam illa officia, quæ venduntur, dignioribus distribuenda forent.

CAPVT. XVI.

Quænam conditiones debeant attendi in personis, vt ad huiusmodi sæcularia officia assumantur.



VAE diximus circa spiritualium dispensationẽ suo modo, sæcularium distributioni possunt inseruire. Generaliter enim eæ conditiones requiruntur, quæ efficiant, vt electus promouere possit bonum commune temporale Reipublicæ: & ita quidem promouere, vt conferat quoq; ad æternam beatitudinem consequendam, ad quam nimirùm tanquam in finem vltimum, etiam temporalia suaptenatura tandem debent referri. Vnde est etiam in 1

Quæ ad Ecclesiastica suo modo, ad sæcularia requiruntur.

ijs,

ijs, vitæ probitas attēdenda, alioquin nec rectam rerum directionem, nec accuratam possunt habere prudentiam, neq; rectè Rempublicā gerere. Non tamen tam exacta morum compositio, sicut ad spiritualia administranda requiritur, sed quæ ad temporalia bona in viris sæcularibus prouidenda, exigitur. Vnde eæ qualitates in eorum electione considerandæ
2 sunt, quę officijs, ad quæ assumuntur, magis fuerint proportionatæ, videlicèt, Militiæ strenuitas, rerum agendarum perfecta notitia, ciuilis vrbanitas, zelus Reipublicæ; ac rerum publicarum dirigendarum dexteritas, scientia, modestia; nobilitas, fortitudo, & iustitia. Non autem illæ; quæ ab eorū professione quodammodo extraneę, seu nō adeò peculiares sunt: quod eligētium arbitrio potius committendū
3 erit. Quę omnia fusse tractant Doctores. M. Soto, lib. 3. de iustitia, q. 6. art. 4.

Qualitates in promouēdis considerandæ.

 & colli-

& colligit. ex Arist. 5. & 6. Ethicorum D. Thom. 2. 2. q. 63. & quodl. 6. art. 9. Couarru. in regul. 2. p. § . 6. nu. 4. Gregorius Lopez, & Caiet. quos citat. & sequitur Emanuel Rodriguez, verbo elect. cap. 107. conc. 2. M. Aragon. M. Salõ, vterq; 2. 2. q. 63. art. 3. Perez de Lara, in suo de Anniuersarijs, & capellanijs, lib. 2. cap. 4. specialiter differit de nobilitate, & D. Molina de Hispan. primogenijs, lib. 2. cap. 5. M. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 7. punct. 2. §. 5. in fine. M. Rebello de obligationibus iustitię. 1. p. lib. 3. q. 4. num. 13. & omnes Summistæ, modo vnam, modo aliã conditionem ad sæcularia necessariam, probant: ex quibus omnibus has colligimus aduertendas. Hoc tamen Sacræ Scripturæ testimonio, veluti promouendorũ mẽsura, ad sæcularia officia vtere (Princeps iustissimè,) vt quales esse debeãt, qui Reipublicæ prępronũtur agnoscas, ex ipso ore diuino regulam 4

M. Soto. D. Thomas. Couarru. Greg. Lop. Caietanus. Emã. Rodri. M. Aragon. M Salon. Perez de Lara. Molina. M. Valent. M. Rebello.

Scripturæ Sacræ testimoniũ quasi mensura pro mouẽdorum ad sæcularia officia.

lam elapsam accipias. Exodi. 18. Iethro, Moysis Socer, Normam eligendorũ Iudicũ Moysi præbuerat exactissimam. *Prouide* (inquit) *de omni plebe viros potentes, Timentes Deũ, in qui*
5 *bus sit veritas, & qui oderint auaritiã: & constitue ex eis tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios.* Et paulò infra, *si hoc feceris, implebis præceptum Dei, & præcepta eius poteris sustinere.* Vbi quatuor Consultissimus Iethro, cognatus Moysis, cõditiones debere exigi, in ijs, qui ad officia Reipublicæ promouentur, & eius regimini desti-
6 nantur, ostẽdit. Prima est, vt sint *potentes*, idest sapiẽtia, industria, & strenuitate idonei, vt rectè Caietanus illum locũ explicans, asseuerat, & vt ex Hebræo trãstulit Bathablus, *Virtutis, hoc est, strenuos, fortes, magnanimos, qui sint ferendo tanto oneri, patientes laboris.* Secunda, *Timentes Deum.* Nihil enim ita hominem ordinat eiusq; actionem

Exodi. 18.

Quatuor assignãtur conditiones in ijs, qui ad officia sæcularia eligũtur, necessariæ.

Prima, vt sint Potẽtes.

Caietanus.

Bathablus.

Secunda timentes Deũ.

actionem dirigit, vt timor Dei vbiq; præsentis, & omnia instituentis. *Qui* 8
timet Deum, faciet bona. Tertia, *in qui*
bus sit veritas, idest, qui neminem decipiant, neq; eos, qui illos promouēt, bene de sua probitate spectātes: neq; eos, ad quorum gubernationē eligun tur; vt qui iudices, & Patronos sperabāt, inimicos, & destructores recipiāt. Neq; sua promissa, & quę legibus presscripta sunt, aliqua ratione decipiant, sed in eis, respectu omniū simpliciter
sit veritas. Quarta *odientes auaritiā*, 9
idest, qui opibus accumulandis non studeant, & multò minus munera à diuitibus accipiant, nec à pauperibus
exigāt. Hic est enim maximus, & præ 10
cipuus iustitiæ scopus. Et hæc pro illis præcipuè partibus eligendorum species; vbi, quia remotissimę, à tuo supremiq;, & Regalis Senat⁹ cōspectu, nisi, qui viri probatissimi fuerint, neq; Deū
reuererētur, neq; veritatē agnoscūt, sed 11
aurum,

Tertia, in quibus sit veritas Pulchra huius conditionis expositio.

Quarta, odiētes auaritiā.

Pro illis partibus Noui orbis nota.

aurum, & argentum pro Deo sæpe collentes, paruulorum iniurijs, & sanguine ditantur, ita vt qui pro illorum regimine, & protectione destinatur, potius ad illorum exactionem videantur electi. Plures enim (non de omnibus loquor,) auri, & argenti ita exęstuant cupiditate, eaq; accidissime curant acquirere, vt illius partis & ditionis sibi commissæ, patrocinium, rectámq; gubernationem posthabeant. Et eo solet tendere effrenata cupido, vt potius diuitiarum diligentissimi collectores, quam opidorum, ciuitatum, & Prouinciarum idonei iudices, & protectores dici quæant: & quo plus à tui conspectu (æquissime Iudex) semouentur, & rationem villicationis, ob distantiam differre existimant, eò maiori impetu, quasi torrenti vehementissimo feruntur. (Timidus dixerim, ne videar potius veritatis admonitor, & illius Regni miseriarum

Non iã quales esse debeãt, sed quales aliqui sunt ostenditur.

12

rum insinuator, quàm difficultatum, à te desideratarũ inquisitor, sed meæ imbecillitati, & accenso Patriæ amori Parcas.) Vbi nisi de Prorregibus 13
Prorregum integritas quæ huic ef frænatæ cupiditati opponitur.
Christianissimis, qui *potentes*, idest (ait Bathablus) *diuites*, & constantes, qui nec minis nec muneribus à recto iudicio deflecti possunt, *in quibus veritas est, & odiũ auaritiæ*, cõtinuo prouideretur (in hoc enim fęlicissima est illa Indiarum pars) iam penè esset ille nouus orbis extinctus. Quare præci- 14
puum huius supremi Senatus munus esse debet, vt quam maximè idoneos ministros promoueant. Et si liceret, hoc tibi indicerem, vt omnia hæc mala in illis partibus à Prorregum conspectu semotis, vitarentur. Prorregibus, & eorum consilio omnium ciuitatum, & opidorum iudices commit
Quos Prorregibus cõmittatur iudices omniũ ciuitatũ promouere.
tas promouere. Ipsi enim, & terras agnoscunt, & viros eis accommodatos, & pro eis idoneos frequenti experientia,

tia , & ſolicita Inquiſitione diſcernunt. Qui ſe cẽſerint grauati dimittant. Qui ſupremum iudicem alloqui tur, vera, etſi dulcia non ſint, vereri, nefas eſt.

CAPVT. XVII.

Sit ne ſemper mortale peccatum, ad officia ſæcularia ſolùm dignum, non digniorem aſſumere?

1 N tractatu, quem tibi manu ſcriptum obtuleram. (Princeps cõſultiſsimè) breuiſsimam de hac re inſtitueram reſolutionem, aſſerẽdo. Mihi non videri tam arctè de officijs ſæcularibus, ac de Eccleſiaſticis iudicandum, nec mortali addicendum, quòd in vnius, aut alterius ſæcularis officij diſtributione, ſolùm Digno, digniori poſt habito, conferatur, bene tamen ſi ferè nulla haberetur ratio maioris dignitatis, & *Huius diſcurſus occaſio nõ lenis.*

pro

pro maiori parte officia sæcularia solum dignis elargirentur propter insigne detrimentum, quod ex hac iniusta distributione Respublica pateretur, quod tamen, non esset, ex vna, aut alia minus digni electione. Et hoc quidem grauissimorum Doctorum resolutione edoctus statueram, Caietani scilicet, in summa verbo electio, Ludouici Lopez. 1. p. instruct. cap. 127. Secundum expositionem adductam supra, cap. 15. huius. 2. p. ad primum argumentum. Sed tamen dum de hac re mecum ageres, & subtilis tui ingenij accumine disputares, argumentaq; non leuia mihi secreto opponeres, quę dignissima erant, vt in publicũ educerentur, vt viri scholastici, & literati tuam admirentur subtilitatem, & eruditionem, quæ Iuris consulti aut Theologi, magis quã 2 Principis sæcularis propria videretur, & mihi visa est, quasi è cœlo elapsa intellectu

Caietanus. Ludoui. Lopez.

Meæ prædictæ sententiæ argumẽta opponuntur.

intellectu difficile aſſerebas.

3 Primò, quia hoc eſſet, differentiã aliquã inter officiorum ſæculariũ, & Eccleſiaſticorũ beneficiorum diſtributionem cõſtituere: cum pro vtriſq; eandem rationem ſtatuiſſem tranſgreſsionis diſtributiuæ Iuſtitiæ, ex violatione Fidelitatis, ſicut reſpectu Eccleſiæ, ita ſimiliter reſpectu Reipublicæ ſæcularis. Et ſi illa ad mortale peccatum adſtringit, quare hæc non? *Primum.*

4 Secundo, ex Nocumento, quod Reipublicæ contingere poteſt, ſicut & Eccleſiæ, ex vna aut altera digni miniſtri inſtitutione, digniori poſt habito. *Secundum.*

5 Tertio, quia ſi vt quis contra commutatiuam iuſtitiam, peccato mortali delinquat, materiæ conſiderabilis ablatio ſufficit, & donec reſtituat, & recipiſcat, eſt in peccato, & ſtatu damnationis. Quare ergo iniuria *Tertium.*

Reipublicæ illata ex electione solum digni, digniori dimisso, propter nocumenta, quæ præsto sunt vt eueniant; & prouentus, quibus fraudatur Respublica, si non illi dignissimus instituatur, non erit peccatum? Si quidem hæc ratio, & materia grauior, & considerabilior illa videtur?

Hanc eandẽ sententiam tuetur, & probat. D. Molina.

In quibus proponendis consuluisse videbaris grauissimos vtriusq; iuris Doctores. Et præcipuè Doctissimum Ludouicum Molina, Regium consiliarium in suo de Hispanorum primogenijs, lib. 2. cap. 5. numer. 65. & 66. Vbi qua ratione possit Pater in persona Filij maioris natu Primogeniũ instituere, dummodò indignus non sit; prætermissis filijs dignioribus; Hanc in specie tuetur sententiam, & meam, & vt melius dicam aliorum minus tutam existimans, suam assertionem comprobat, ex iure ciuili sta- 6

li statuente, meliores, ac nobiliores, ad magistratus sæculares eligendos esse, prout iure canonico in benefi-
7 cijs Ecclesiasticis præcipitur. Et probat ex textu in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. eos autem, collat. 2. ibi: *Honestiorum quosdam, ad administrationes dirigere.* Et iterum ibi: *Testimonium habens.* Et quidem, quia sit optimus textus in auth. de defenso. ciuitatum in principio, versic. interim, ibi: *Sed inuicem vniuersi nobiliores*, vbi Glossa verbum, *Nobiliores*, inquit, nota *nobiliores, esse eligendos.* Qui, & alijs etiam, eandem astruit determinationem. Et ideò (asserit) non est
8 cur in hac parte inter beneficia Ecclesiastica, & officia sęcularia differentia assignetur. Quodquè ex eo præcipuè dicendum affirmat, vt ratione vtatur. Quia si eligens dignum, omisso digniori, ad quod-

Tex. in auth. sine quoquo suffragio. §. eos autem

tex. in auth. de defens. ciuita.

Glossa.

Ratione probat.

cunq; beneficium Eccleſiaſticũ, etiã
ſimplex peccat mortaliter, à fortiori
idipſum dicendum erit in eligente
dignum, prætermiſſo digniori, ad of-
ficium ſæculare. Eſt enim quo totiùs
Regni regimen Eccleſiaſtici, ac ſæ-
cularis ſtatus moderatio plerumq;
dependet; in cuius electione ma-
ius periculum, quàm in vnius ſim-
plicis canonici promotione verſa-
tur. Quod pluſquam notiſsimum eſ-
ſe videtur, Doctiſsimus Molina aſſe-
uerat.

Ecce (Princeps humaniſsime) tuã 9
erga me ſuffultam argumentatio-
nem, & viro Doctiſsimo, & viribus
efficacibus, quamuis tua ſolùm argu-
menta ſufficerent.

Ego tamen, non vt ſemel à me 10
dicti conſtans, ſeu pertinax aſſertor,
ſed vt veritatis ipſius propugnator,
& defenſor appaream, & tuæ conſ-
cientiæ paci conſulam. Iterum ean-
dem

11 dem assertionē statuo. Non est mortali addicendum, si in vnius, aut alterius officij sæcularis distributione, solùm digno, digniori post habito, conferatur: dummodò summæ sic curæ, vt ratio maioris dignitatis frequenter habeatur, & pro maiori parte, officia sæcularia dignioribus iniungantur: aliàs enim, si minus dignis frequenti distributione darentur, mortale esset peccatum propter insigne detrimentum, quod Respublica pateretur. Hic enim potius habetur ratio decoris, & dignitatis, totius corporis Reipublicæ, quàm proprij boni singularium partium. *Vera sententia, & assertio.*

12 Pro qua sententia iterum in testimonium voco Caietanum, in summa, verbo electio, & Ludouicum Lopez, ibi: Quibus addo. Barthol. Fumeum, in sua summa, verbo electio. Doctissimum Zapata, verbo officium numer. 1. Rebello de obligatio- *Barthol. Fumeus. M. Zapata. M. Rebello. M. Lessius.*

nib. iusti. 1. p. lib. 3. q. 4. lect. 4. numer. 13. Leonardum Lesium in suo de iustitia & iure, lib. 2. capit. 32. dub. 2. numer. 22. Vbi de vno aut altero officio, modo non sint ea, quæ sunt maioris momenti, & à quibus mul- 13
tum Respublica pendeat, affirmat: Caietanum autem, quia existimat, illum vniuersaliter de omni sæculari officio loquutum fuisse, non admittit. Quod & æqua ratione concedit in alijs Ecclesiasticis beneficijs, quæ simplicia dicũtur, & pro hac sentẽtia alios citat. Quos & ego pro hac vt Patronos inuoco Alexandrum Alensem. M. Soto, Gabrielem in. 4. distinct. 15. articul. 3. dub. 1. Et licèt obscure idem sentire videtur D. Thomas, quodl. 6. artic. 9. & M. Aragon. 2. 2. quæst. 63. articul. 2. Quibus omnibus annumero Doctisimũ P. D. Petrũ de Hortigosa So-

Quare Lesius, non admittit pro sua sentẽtia Caietanum.

Alex. Alensis. M. Soto. Gabriel.

D. Thomas. M. Aragõ. M. Petrus de Hortigosa.

za Societatis Iesu, quem ille nouus orbis Mexicanus, vt singulare decus, & literarum lumen intuetur, ac veneratur, & ego vt meum Magistrum ingenuè suspicio, in suis manu scriptis aureis codicibus. 2. 2. quæst. 63. artic. 2. Et alios possem pro eadem conuocare sententia, si fas esset in proprijs assertis omnes reconuenire.

14 Vt tamen illam rationibus astruam, prænotes oportet. Hoc non debere intelligi, de officijs sæcularibus maioris momenti, vt sunt ea quæ coniunctam habent communem Reipublicæ iurisdictionem, & à quibus totum Reipubliæ Regni, aut Prouinciæ negotium pendet, vt sunt officia Prorregum, Præsidentium Consiliariorum. Prouinciarum gubernatorum, & ijs similium, quę quia magni momenti sunt, multũque, & notabiliter

Primo nota non debere intelligi de officijs maioris momẽti qualia sũt Prorregum Præsidentiũ &c.

notabiliter Reipublicæ possunt esse vtilitati, vel damno, graue esset nimis, dignioribus non conferre, sed de officijs minoris momenti, quales sunt, in illis partibus (*Alcaldes mayores, Corregidores, Regidores,*) qui parum possunt Reipublicæ esse nocumento, si dignissimi nõ assumantur; modo digni extiterint, & idonei, & idem dicendum, si non sit inter eos magnum, & euidens aptitudinis discrimen, ita vt hic non existimetur, notabiliter minus bene officio, & munere suo functurus, quàm ille cui præfertur, ita M. Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 32. de Acceptione person. dub. 3. numer. 22. & cap. 34. de beneficijs.

M. Lessius.

Secundo nota, non esse differentiam in officiorũ sæcularium, & Ecclesiasticorum distributione.

Deinde nullam me differentiam 15
constituere, in horum sæcularium, & Ecclesiasticorum officiorum distributione, absolutè, & in communi. Tùm, quia Principes non sunt Domini eius-

ni eius-

ni eiusmodi munerum: sed ea ex auctoritate Reipublicæ, tanquàm dispensatores, membris Reipublicę conferunt, non secus ac Principes Ecclesiastici quo ad Ecclesiastica munera, iuxta illud Pauli ad Roman. 13. *Ministri enim Christi sunt in hoc ipsum seruientes*, cùm de Potestatibus sæcularibus sermonē instituisset Apostolus, de quo Augustinus Parens. lib. 4. de Doctrina Christiana, capit. 20. & Cardin. Toletus, in eundem locum.

Quia dispensatores non sunt Domini.

Ad Rō. 13.

D.P. Aug.

Card. Tolet.

6 Tùm, quia in vtriusque transgresione, contra Fidelitatem, sicut Ecclesiæ, ita & Reipublicæ debitam, vt sibi de melioribus prouideatur, delinquitur. Ac tandem ex nocumento, & damno quod vtrique Ecclesiæ, scilicet, Reipublicæ contingere deprehendimus. Sæculare enim Ecclesiastico muneri subordinatum, in hoc ipsum deseruit, hoc est, vtilitati

Secūdo, quia in vtriusque transgresione contra fidelitatem delinquitur.

Tertio ex nocumento, quod vtriq; Ecclesiæ, & Reipublicæ contingere deprehenditur.

subiectorum maximè incumbit, vt remotis sceleribus iustitię intendant. Quoniam in hoc ipsum, & à Deo sunt ordinati ministri, & à populis proprijs eorum expensis collectis, tã quam mercede quadam operis eorum aliti. Et secundum hanc rationem vniuersaliter verum est sicut in vno, ita & in alio, contra distributiuam iustitiam, & debitam fidelitatem delinqui, si de melioribus, nobilioribus, & præstantioribus Magistratibus, rebus publicis non prouideatur.

Quomodo ex maiori, vel minori grauitate materiæ fidelitatis maior, vel minor ratio peccati deprehen

8 At cum in vtroque contra fidelitatem Ecclesiæ, & Reipublicæ debitam delinquatur, & ex hoc, eiusq; maiori, vel minori grauitate fidelitatis, maior, vel minor ratio peccati deducatur, vt supra diximus hac. 2. part. cap. 2. titul. de electione indigni, vbi ex ipsa materiæ grauitate, vel leuitate

uitate respectu finis, cuius gratia aliquid præcipitur, culpam venialem aut mortalem debere iudicari probauimus & constat ex communi Doctorū sententia, vt videre est apud M. Vazquez.1.2.tom.2. disp.158.capit.4. M.Vazq. Vbi tanquam veram regulam cognoscendi obligationem ad mortale præ oculis habendam statuit, grauitatem scilicet, & vtilitatē, eius quod
9 pręcipitur, de quo nos supra ibi. Hinc infero, quòd si materia circa quam versatur fidelitas, non ita grauis censeatur, vt notabili sit Reipublicæ nocumento; eius transgresio, intra materiam leuem Fidelitatis includitur, si tamen leuis est materia; graue peccatum ex transgresione circa ipsam deducendum non est; Rigidum enim esset, nimis acceruum, & contra rationem.

10 At in vno, vel in altero, officio sæculari,

Ex vna, vel altera digni electione ad sæcularia officia, modo non sint ea quæ sunt maioris momenti, notabile dãmnũ Reipublicæ non infertur.

culari, modo non sit ex ijs, quæ adduximus, notabile damnum Reipublicæ non infertur, nec contra Fidelitatem communi populo debitam, ita delinquitur, vt grauitas materiæ notabilem transgreßionem, & lethalem electionem insinuet, etiam si huic, aut illi populo, non de meliori prouideatur: res enim sæculares, inferioris ordinis sunt, respectu Ecclesiasticarũ. Ergo ex vna, vel altera transgreßione fidelitatis circa ipsas, dummodò frequẽter de tali distributione curetur, vt diximus, mortaliter non delinquitur, si dignus præbeatur minister, qui etsi non abundantißimè; sufficienter tamen rebus communitatis inuigilet.

Propter quam rationẽ hac. 2. part. 11
cap. 7. titul. de electione digni, ex sententia M. Aragon, M. Soto, & aliorũ determinaueră ad beneficia simplicia dignos

dignos aſſumere, dignioribus dimiſſis, non eſſe mortale. Quia hoc neq; magno eſt Eccleſiæ nocumento, neque bono aliquo magno, & notabili fraudatur Eccleſia, & tamen beneficia etiam ſimplicia materia ſunt diſtributiuæ iuſtitiæ. Et contra Fidelitatem debitam Eccleſiæ, in eius tranſgreſsione delinquitur. Quia tamen materia circa quam hæc fidelitas verſatur, non eſt ita grauis, vt ex eius grauitate mortale poſsit inferri: Neq; ex leui tranſgreſsione circa ipſam, in diſtributione huius, vel illius officij ſæcularis, inferendum eſt.

Sicut in diſtributione beneficiorũ ſimplicium, non mortaliter delinquitur, ita neque in vnius, aut alterius officij ſæcularis diſpenſatione.

12 Quapropter etſi tuis, & Ludoui. Molinæ argumentis ſatisfactum eſſe non dubito, ſpecialiter tamẽ ſatiſfacere pro tuæ conſcientię pace, non renuo t concedendo, vt ingenuè conceſsi, nullam eſſe differentiam inter Eccleſiaſticam, & ſæcularem diſtributionem abſolutè, & in communi.

Ad argumenta primum, & ſecundum.

Tamen

Tamen quia non æqualis grauitatis est materia in vtraq; , neque eodem modo contra fidelitatem, in materia distributiuæ iustitiæ delinquitur, maximè si hoc non frequenter fiat, & summa habeatur ratio decoris, & dignitatis totius in vniuersum corporis Reipublicæ, qui præcipuus est finis huius distributionis, respectu cuius, materiæ grauitas, vel leuitas, & consequenter ratio peccati sumenda est: hoc autem, vel illud sic distribuere, non toti vniuersitati nocebit; si huic populo, semel, aut iterùm non de Dignissimo, sed de Digno solùm, & sufficienti prouideatur, vt satis in probatione ostendi.

Ad tertium argumentũ.

Tertio argumento respondeo. Diuersam esse rationem quantitatis materiæ, in commutatiua, ac Distributiua iustitia. Nam si ex bonis alicuius hominis, contra eius volunta- 13

tem,

tem, quis decem aureos auferret, peccaret mortaliter, quia hoc eſſet alienum auferre, inuito Domino; & niſi ad integrum reſtituatur, & ad æqualitatem inæqualitas, & læſsio reducatur, manet Dominus læſus in bonis proprijs. At in Diſtributiua, quia ex electione ſolùm digni, (ſicut diximus) non grauiter læditur ordo totius Reipublicæ, & proportio Geometrica ad quã iuſtitia Diſtributiua ordinatur, quia materia eſt leuis, quando dignitas vnius notabiliter non excedit, vel quando id, quod confertur nõ eſt magni ponderis, & momenti in Republica: neq; ei poteſt notabili eſſe nocumento; vel quando inter ipſas præfecturas exceſſus eſt paruus, vt ait Ioannes Azor, tom. 2. inſtitutionum moralium lib. 6. cap. 5. leue etiam eſt peccatum, vt ſatis oſtendi.

Quæ differẽtia inter cõmutatiuæ, & diſtributiuæ materiam.

14 Legibus verò à D. Molina adductis,

Ad argum. Molinæ.

ductis, quibus præcipi videtur meliorum, & nobiliorum, ad Magistratus electio: libentissimè respondeo, asserendo eas de vniuersalissima ratione distribuendi præcipere, quam & nos concedimus de melioribus, ac nobilioribus esse debere: sic enim totius vniuersitatis decus, & ornamentum, Regni regimen, & amplitudo tuetur, rectè dirigitur, & fæliciter conseruatur. Attamen quia pro obseruatione legum, sub pæna mortalis, vel venialis, id ipsum debet attendi, quod supra diximus, de grauitate, & leuitate materiæ, & hunc, vel illum eligere semel aut iterum, non in totius Reipublicæ perniciem eueniat, neq; populo particulari, magno sit nocumento, leuis materia sit, transgressio legis in hoc casu, non est mortali addicendum. Quomodo autem leges obligent, ex quibus vè verbis obligatio sumatur,

Leges exponuntur.

Et

Et diximus hac secunda parte, cap. 2.
titulo, de Electione indigni, & con- *M. Vazq.*
stat, ex M. Vàzquez, 1. 2. tom. 2. Dis-
put. 158.

15 Et rationem eiusdem ex dictis ap- *Ad rationē.*
pertè dissoluimus, dum eandem ratio
nem respectu officiorum sæcularium
& Ecclesiasticorum concedimus, &
solùm peccatum veniale, in aliqua
trāsgresſione circa sæculare statuim⁹,
ob leuitatem materiæ, & debile nocu
mentum, quod & simplicibus benefi
cijs, etiam concedimus, ob eandem
rationem: vt supra ostendi. Vnde non
16 bene arguit D. Molina ex beneficio
simplici Ecclesiastico, ad officium sæ
culare, vt ex illo vim inferat, hoc con
cedendi. Illud enim non ad mortale
obligare statuimus, supra titulo de E-
lectione digni. Quibus satis constat,
illa prior sententia, quam tenueram.
Illam enim, & alias huius tracta-
ctus, non sine magno fundamen-

to ſtatueram, vt tuæ conſcientiæ paci, & quieti conſulerem (Christianiſsime Princeps.)

CAPVT XVIII.

Qua ratione licitum ſit, officia ſæcularia Reipublicæ vendere?



VIA non eſſet admodū facilè, & officia, quæ vendi poſsint, à quibus; & qualibus debeat fieri conditionibus, ſi Doctorum omnium varias ſententias adducerem, Meam in hac parte à maioribus ſelectam determinationem inſtituam.

Diuerſa eſſe in Republica officia.

Præſupponendo primò: Quædam 1
eſſe officia directè ad iudicandum inſtituta, & in quibus neceſſe eſt miniſtrum, ex parte Reipublicæ ſtare, tanquàm

quàm medium inter litigantes. Et nihil ab ipsis partibus accipere, præter stipendium à Republica cōstitutum. Et in ijs officijs omnes conueniunt, moraliter loquendo, non esse licitum, vt vendantur. Quod ex vsu, & consuetudine Reipublicæ constat, & ex cōmuni prudentium consensu, non nisi turpissimè venderentur. Alia sunt officia,
2 quæ non ordinantur ad iustam sententiam proferendam, sed solùm exequutioni, & administrationi Iustitiæ deseruiunt, aut exteriori Reipublicæ gubernationi, secundum exequutionem destinantur, vt officia Tabelliorū, lictorum, Decurionum (quos Hispania *Regidores* vocat.) Et de ijs disceptatio quærit, & de similibus, quæ vendi consueuerunt.

Suppono secūdò. Eiusmodi officia *A quibus soleant officia vendi.*
3 solere aliquādo distribui à Regib⁹, vel Principib⁹, qui superiorē nō agnoscūt, in temporalibus. Et aliquando ab alijs

Magnatib⁹, qui licet Regi subdātur, habēt tamen aliquarū ciuitatū, aut opidorū dominiū, vt sunt Duces, Comites, Marchioni, &c. Et tandem ab Ecclesiasticis Prælatis similia conferuntur officia, in ordine ad Ecclesiastica negocia. Et de ijs omnibus breui differā resolutione. An, & quomodo vendi possint?

Quantū ad Reges attinet. *D. Thom.* *M. Soto.* *Nauarro.* *M. Aragon.* *M. Valen.* *Caiet.* *M. Lessius.* *M. Rebello.* *Eman. Rod.*

4 Et quantū ad Reges attinet, ex doctrina D. Tho. opusc. 21. ad Ducissam Brabantiæ, quæ de hoc ipsum interrogauerat, M. Soto, lib. 3. de Iustitia, q. 6. art. 3. Nauarri, cap. 25. num. 7. M. Aragon. 2.2. q. 63. art. 2. Valentia, tomo. 3. disput. 5. q. 7. punct. 2. § 5. Caietani, in Summa, verbo, Officiorum venalitas. M. Lessij. libr. 2. de Iustitia, & Iure, ca. 32. de Acceptione personarum. Dub. 4. numer. 28. Rebello, de Obligationibus Iustitiæ. 2. p. lib. 9. de contract. emption. & vendit. q. 18. sect. 2. Emanuelis Rodrig. 2. p. suæ Summæ, cap. 76. Ludo-

Ludouici Lopez, de Contract. cap.6. Cordubensis, in Summa, cap.117. Medina, q.26. de Restitutione, Gabrielis, in.4.d.15.q.5. & aliorum vtriusque iuris Doctorum, quos consuluerim. Respōdeo. Quòd qaamuis licitum esset,
5 non tamen conueniens vendere officia publica. Neque ijs, quibus iniūcta est cura de ijs quouis modo consulendi. Innumera enim inconuenientia, quæ experimur, in rebus publicis, vbi venalia sunt hæc officia, satis possunt & debent edocere, & ab huiusmodi consuetudine auocare, superiores, qui suarum rerum publicarum, curāt cōseruationem, strenuamquè earum gubernationem intendunt, Frequenter enim minus dignis conferūtur, & qui potius ditari, per fas, aut nefas (aut aiūt) quàm sui muneris studēt exequi obligationem. Vnde, & vexatio pauperū,
6 & iniusta ciuiū extorsio, promanant, & alia nō parui habenda inconueniē-

Lud. Lop. Cordou. *Medina.* *Gabriel.*

Regibus licere officia vēdere, non tamen esse conueniens, propter inconuenientia, non modica, quæ sequuntur.

In illis præcipue Indiarum Regnis. tia. In illis præcipuè Indiarum Regnis, vbi tam facilé ditari solent, qui eximia, etiam pecuniarum copia emunt officia, quæ nisi ineptè, & iniustè gerantur; hoc fieri nequaquam posse, à quouis facilè iudicabitur. Quare meritò, horum officiorum venditio censenda est pestis Reipublicæ (vt verbis vtar cuiusdam viri doctissimi) & sic rectè prohibetur in Iure collat. 2. titulo, vt Iudices sine quoquo suffragio fiant, cap. 1. Vbi præcipitur,

In auth. coll. 2. Vt Iudices c. 1. vt personæ, quibus officia publica conferuntur, pro eis nihil soluant. 7

Aput Sinenses gratis omnia officia cōferuntur. Et apud Sinenses, omnia officia gratis elargiuntur, & non nisi maximè idoneis, per longum iudicatis examen.

D. Thom. Et propterea dixerat Diuus Thomas verificari, quod docuerat Paulus. 1. Corinth. 6. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*. Quia licet, id ex natura rei liceat, non quidem decere affirmat.

1. Cor. 6.

At

8 At ſeruatis debitis cõditionibus per ſe licitum eſt hæc officia vendere. Cõditiones autem neceſſarias, ad tres non modico labore reduco. *Conditiones tres quibus præhabitis licitum eſt officia vẽdere.* Prima, vt ſtipendium pro officij exercitio aſsignatum, meritum laboris excedat, aut congruam ſuſtentationem miniſtri. *1. Conditio.* Nam ſi non venditur vtilitas hæc, quã poſſet ab officio tollere Reſpublica; nihil aliud eſt, quod pretio ſit æſtimãdũ. Labor enim, & cura, quæ ad officium ſpectat, potius remunerationem poſtulat, quã petat, vt pretio aliquo ematur, nemo enim militat ſuis ſtipendijs, vnquã, neq; pretio propriũ emit laborẽ. Si verò ſtipẽdiũ iuſtè pro labore debetur; iniuſtũ eſt, vel aliquid de iuſto ſtipẽdio detrahere, aut petere aliquod pretiũ pro iuſto ſtipendio cõparando. Supereſt ergo, vt tantũ vendat vtilitas maior ſtipendij, quã iuſtè deberet pro exercitio officij. Vnde manifeſtè colligit, in ijs officijs, quorũ ſtipẽdiũ nõ ex-

cedit iustam mercedem laboris,
non habere locum, vt licitê vendantur. Quod attentè considerandum est.

Secunda conditio.

Secunda conditio est, vt non ven- 9
dantur, nisi personis aliàs idoneis, quę
etiam sine pretio, ad tale officium di-
gnæ existimarentur. Est enim per se
iniustũ, indignos ministros ad publi-
ca officia vocare. Quare si Princeps
alicui inepto officium vendiderit, de-
bet contractum rescindere, & offi-
cium venditum resumere, & pre-
tium pro eo acceptum, restituere.
Ita communis, & specialiter Magi-
M. Lessius. ster Lessius, de Iustitia, & Iure, lib.
2. ca. 32. de Accept. personarum, dub.
4. num. 30.

Tertia conditio.

Tertia conditio est, vt modera- 10
to pretio vendantur iuxta licitam vti-
litatem, quæ solet ex officio proma-
nare. Nam aliter apertè datur oc-
casio iniustitiæ exercendæ, ad con-

quirenduum ex immoderato stipendio pretium datum pro officio.

11 Et quia moraliter loquendo ferè nunquam huiusmodi conditiones solent adimpleri. Propterea potius dicendum est illicitum secundùm ea, quæ communiter accidunt, secundum quæ iudicandi sunt actus humani. Ita docet M Soto, ibi. & Mercado, de Restitutione, ca. 17. & alij non negant; nequè negare possunt experientiam apertam detrimenti notabilis, quod sequitur in rebus, ex eo quòd publica officia vendantur, sine personarum delectu; Et illis conferantur qui maius pretium tribuunt, & iniustum, si comparetur cum excessu stipendij debiti pro officij administratione; secundum primam conditionem.

Quia difficile est has cōditiones obseruare potius dicenda illicitum.

M. Soto. Mercado.

12 Quantum verò ad alios Magnates spectat, vt medium inter extrema, vt Beati teneamus securi, Verissimum

Quantum ad Magnates alios.

Non posse vẽdere. mũ censeo per se loquendo Magnates, & Principes non posse vendere hæc officia, vt constat ex l. 13. lib. 3. Recopil. tit. 6. *L. 13. libr. 3. Recopil. ti. 6.* Quoniam propter publicã vtilitatem, aut necessitatem Reipublicæ conceditur Regi, vt de nimio, aut immoderato salario aliquid assumat, vendendo officium. Quod quidem illa lege Dominis alijs, & Principibus qui Regi subduntur, prohibetur, vt asserunt M. Soto, & Corduua locis adductis. *M. Soto. M. Cordoua Nauarro.* Cui ex Nauarro loco citato subiungo, nisi id fiat, aut ex speciali Regis concessione, aut ex antiqua, & præscripta consuetudine, sine titulo, à tempore, de cuius initio non sit memoria, & cum titulo centum annorũ: iuxta ea, quę doctissimè disserit M. Molina, de Iustitia, & iure, tract. 2. disp. 75. *M. Molina.* iuxta ius Hispaniæ, libr. 4. nouæ collectionis, titul. 15. l. 1. ab Alphonso XI. lata, & à Philippo II. anno 1566. innouata. Quidquid M. Soto, & M. Aragon

ragon dixerint debere obseruari, & eorum oppositum Emanuel Rodriguez.

13 Ex hac doctrina primo colligitur alijs inferioribus supremi Regis ministris, multo minus esse licitum officia vendere. Quoniam neque Prorreges, neque Gubernatores, aut Prętores aliquod accipiunt temporale dominium, Sed solùm officium Rempublicam gubernandi secundum Regis voluntatem, (nisi aliud specialiter concedat,) vt inferiores non vendant hæc officia, neque ex illis aliquod pretium, directè, vel indirectè recipiant.

Primo infertur alijs gubernatoribus non licere.

14 Secundò sequitur, peculiares personas, quibus hæc officia fuerint data, non posse illa pro pretio dato renuntiare, nisi ex speciali Regis concessione, esset enim vendere officium, & ex bonis Reipublicæ aliquid vsurpare, quod ita renuntiare prohibitum est,

Secundo infertur, neq; qui ea habēt, pro pretio renuntiare.

est legibus à M.Soto relatis, specialiter libro. 7. ordinamenti, titulo. sexto. l.22.

Quantū ad Episcopos attinet, non posse.

Quantum attinet ad Episcopos, 15
communis Doctorum sententia fert, illis non esse licitum, hæc officia vendere. Tùm propter generalem rationem, Quia non possunt ex stipendio assignato, pro officij exercitio aliquid sibi appropriare, & specialiori ratione. Quia officia hæc quasi coniuncta sunt rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, & proptereà maior apparet indecentia si venderentur. Præsertim cum stipendia ministrorum Iustitiæ Ecclesiasticæ debeant esse valdemoderata, & in quibus locum non habeat vtilitatis excessus, qui vendi posit, vt in prima aliorum officiorum dixeram conditione.

Hæc de Officijs sæcularibus dixisse sufficiat.

DE

DE DISTRIBVtione onerum, & Tributorum.

CAPVT XIX.

Qua ratione onera, & Tributa, si iustè, & debitis conditionibus imponantur, obligent, & solui debeant?



ANC partem cautè
1 vellem pro rei grauitate discutere, ne modũ destinatæ breuitatis, dum rem difficilẽ disputo, & illis Indiarũ partibus necessariam, egrediar; ac debitam tãtę rei moderationem excedã. Et dum vtrumque obseruo, ad vtrumque pias aures accomoda (Pie, & benignis-

nignissime illorum Regnorum Patrone) Quia *sacra, suosque tibi commendat Troya Penates.* Illa inquam Indiarum pars, se, suaquè tuo commendat, ac credit commoda patrocinio, ac fidissimæ protectioni.

Præmittas oportet, vt rei propositę prębeamus initium, Partes, & membra Reipublicæ, sicut bona communia participant; Ita etiam debere proportionaliter, onera necessaria ad boni communis conseruationem portare. Vnde sequitur, licitè posse Regem, aut Reipublicæ Gubernatores imponere onera personalia, aut realia, quæ necessaria iudicauerint. Personalia sunt, Quando propter bellum, quod imminet, aut publicam aliam calamitatem personæ ipsæ tali necessitati compelluntur occurrere. Realia verò dicuntur, quando contributione pecuniæ vtilitas publica quærenda est. 2

Regem licitè posse onera personalia, & realia imponere.

Quæ sint personalia.

Quæ sint realia.

Quatuor onera tributorum.

Deindè similiter præsupoonas necesleest. 3

cesse est. Onera realia ad quatuor potissimùm genera reduci, etiamsi plura alia numerentur à Summistis, verbo, Gabella, & verbo, Tributum, præcipuè Syluestro, & Leonardo Lessio, de Iustitia, lib. 2. cap. 33. de Tributis, & vectigalibus. Primum genus est, census, non vt vulgariter nunc vsurpatur, sed vt in more fuit Romanis, subditos Rei publicæ recensere, & capita pecuniæ aliquam summam exigere, ad subiectionis manifestationem. Propterquã causam Iudęi detrectabant soluere cẽsum, quoniam se liberos existimabãt, & non subditos Romanis, vt colligitur ex illa interrogatione. Matth. 22. *Syluester.* *M. Lessius.* *Primum cẽsus.*

4 *Si licet censum dari Cæsari, an non?* Secundum genus, quod communi vocabulo Tributum dicitur (& Hispania *Pecho* appellat.) Quod quidem computata vniuscuiusque facultate solet proportionaliter distribui. *Secundum Pecho.*

5 Tertium genus est, Quod mercibus, quæ ven- *Tertium Gabella.*

dun-

duntur, imponitur, & communiter dicitur Gabella, & à nostris, *Alcabala.*

Quartumdiuersa tributa pro diuersitate vecture.

Quartum genus est, Quod rebus vehē- 6
dis, aut portandis de vno præsertim Regno in alterum, imponitur, quod diuersis nominibus, pro diuersitate vecturæ, nuncupatur. Appellatur enim, Portorium, Vectigal, Guidagium, Pedagium, de quibus omnibus differunt Doctores. Et de ijs parum, aut nihil agemus, sed de alijs tributorum generibus, ne omnia inculcare videamur, cum nō de omnibus disputare in præsentiarum sit necesse.

Vera sententia, & assertio, si debitè podantur solui debere, & exigi posse.

Vnum tamē interim dixerim. Hu- 7
iusmudi tributa, si iustè ponantur, & suis necessarijs conditionibus statuantur, debere solui in foro conscientiæ, & ab exactoribus exigi, quamuis ad pœnam quidem annexam, non teneatur, qui non soluit ante condemnationē. Ita Panor. & alij, in ca. Innouam[9], de cēsibus, & Syluester, verbo, Gabella. 3.

Panormi. Syluest.

la.3. quæst. 8. & Caietanus in Summa, verbo, Vectigalia. Ioannes Medina, quæst. 13. de Rebus restituendis. Magister Soto, libr. 4. de Iustitia, & Iure, quæst. 6. art. 4. Alphonsus de Castro libr. 1. de lege pœnali, cap. 11. Couarruuias, Relect. in Regul. Peccatum, p. 2. §. 5. Nauarro in Manuali, cap. 17. numer. 207. M. Valentia, tomo. 3. Disput. 5. quæst. 6. punct. 6, §. Secundò quæritur, Cardinal. Toletus, libr. 5. suæ Summæ, c. 75. Nauarra, de Restitutione, libr. 3. cap. 1. à numer. 227. Emanuel Rodriguez. 2. part. Summæ, verbo, Tributos, cap. 74. conclusione 3. M. Lessius, de Iustitia, lib. 2. cap. 33. de Tributis, & vectigalibus, dub. 1.

Caietan. Ioan. Medi. M. Soto. Alph. de Castro. Couar. Nauar. M. Valen. Card. Tol. Nauar. Eman. Rod. M. Lessius

8 Nam communis est omnium existimatio, huiusmodi tributa iusta, esse reddenda in foro conscientiæ. (Nisi fortè, ita imponens explicaret apertè, aliquando se non ita velle obligare)

Vnde id ipſum Chriſtus Dominus,
& Magiſter, Matth. 22. indicans aſſe-
Matt. 22. ruit. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari:*
Quia ſcilicet, in conſcientia reddi de-
beant, ſicut, *Quæ ſunt Dei Deo*, Vt
ibi ſubiungit. Et ipſe quoquè, vt no-
bis de hoc præberet exemplum, tri-
butum ſoluit, etiamſi illud non de-
Mat. 17. beret. Mat. 17. Et Paulus ad Rom. 13.
Ad Rom. 13 *Reddite ergo omnibus debita cui tri-
butum, tributum cui vectigal, vecti-
gal*, hoc eſt, reddite ſingulis, quæ eis
debentur. Quibus debetis tributum
reddite tributum, Quibus debetis ve-
ctigal, reddite vectigal. Et licèt vtrum
què Principibus debeatur, tamen,
quia exactores, qui nomine Princi-
pum ea exigunt, diuerſi eſſe ſolent,
idcircò quaſi diuerſe loquitur de
Car. Tol. vtroque, vt explicat ibi Cardin. To- 9
letus, & hoc præceptum velut quan-
dam concluſionem Paulus infert, ex
eo, quod ibi iuſſerat ſubditos eſſe
Prin-

Ptincipibus. *Non solùm* (inquit) *propter iram*, atque adeò pœnam, *Sed etiam propter conscientiam*. Et snbiungit, *Ideô enim tributa præstatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.* Et posteà infrà. *Reddite ergo omnibus debita*. Quo loco duas rationes indicat aduertendas, cur in conscientia reddi debeant tributa. Nempè, quia Principibus, tanquàm Dei ministris dantur. Et quia ipsi ea promerentur, bono publico inseruientes.

Duplex ratio tributa reddendi, ex Paulo.

10 Vt autem tributa iusta sint, & in foro conscientiæ, reddi debeant. (Quia diximus si iustè, & suis necessarijs conditionibus imponatur, debere solui.) Authores supra citati multas conditiones adducunt; eas tamen ad tres sufficientissimè reducimus.

Conditiones ad iustã tributorum impositionẽ necessariæ.

11 Prima conditio. Vt sit authoritas in imponẽte, vt scilicet, sit Imperator, aut Rex, aut Princeps superiorem, non

Prima conditio, Vt sit authoritas in imponente.

 habens,

habens, vt colligo ex cap. Super quibuſdam, de verborum ſignificatione, & explicat Innocent. ibi, & Panormitanus, cap. Innouamus, de Cenſibus. De quo Leſsius, de Iuſtitia, lib. 2. cap. 33. de Tributis, & Vectigalibus, Dub. 2. numer. 11. & Caietanus, ibi. Aut habens iura talis, vt notat Sylueſter, verbo, Gabella. 3. numer. 10. vel Conciliũ & Papa, vt notāt Valentia, Toletus, & Leſsius. Vel per conſuentudinem cuius initij, non ſit memoria, vt patet ex cap. Super quibuſdã extrà, de verb. ſignifi. vt explicant prædicti authores, preſertim Caiet. verbo, Vectigal, & Med. dict. q. 13. de reb⁹ reſtituẽdis, qui & exiſtimat authoritatẽ imponendi vectigalia, poſſe preſcribi, vt res alias iure præſcribi non prohibitas, de quo M. Molina, de Iuſt. & Iure. 1. p. tract. 2. à Diſput. 75. & infrà. Alijs verò, qui ſine facultate tributa impo- 12 nunt, & impoſita exigunt, decreta eſt ſenten-

Cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſign. cap. Innouamus, de cenſibus.
M. Leſsius.
Caietan.
Syluester.
M. Valen.
Card. Tol.
Medina.
M. Molina.
Qui aliter tributa imponunt excommunicantur in Bulla.

sententia excommunicationis in Bulla Cenæ Domini. Vt explicat Cardin. Toletus, libro primo, Summæ, cap. 21. de Quinta excommunicatione, §. dices, de qua Bulla, Nauarro, cap. 27. numero 61. Vbi docet, per eos, qui exigunt, intelligi etiam hæredem imponentis, qui eas continuat, & famulos, qui ius Dominorum exigunt. Quomodò etiam M. Lessius intelligit, ibi, numero. 17. Et in Hispania sub grauibus pœnis prohibetur.

Card. Tolet.

Nauarro.

M. Lessius.

13 Secunda conditio est, Causa communis boni, quæ necessariò talem exigat cõtribtiounẽ. Et vt Principũ labores, & curas pro Republica, per huiusmodi tributa cõpensentur à subditis. Vt explicat Cou. dict. §. 5. n. 5. & patet, ex loco Apostoli, ad Rom. 13. quẽ paulò ante induximus. Et ex illo Dñi testimonio. Luc. 10. *Dignus est enim mercenari⁹ mercede sua.* Quare si ob aliã causam

Secunda conditio.

Vt sit causa communis boni.

Couar.

Ad Ro 1.3

Lucæ. 10.

sam

ſam Princeps tributum exigere, tributum illud eſſet iniuſtum. Et ſimiliter ſi plus imponit, quàm publica requirit vtilitas, ex cap. Quia plerique, de 14
immunit. Eccleſ. Sufficit autem, vt loco publicæ cauſæ, propterquàm aliquando onus, & tributũ fuerit impoſitum, alia ſuccedat ſimilis, vt licitè retineatur. Ita M. Leſsius, lib. 2. de Iuſtitia. & Iure, cap. 33. Dub. 6. numer. 43. Niſi fortè (inquit) noua cauſa ſuperuenerit, ob quam de nouo imponi potuiſſet. Tunc enim licebit continuare, quia cauſa continuatur in 15
ſimili, dùm in locum prioris cauſæ, alia æquè iuſta ſuccedit. Vt in hoc Hiſpaniæ Regno contigit. Fuit enim *Alcabala* impoſita pro neceſſitate belli Granatenſis, & adhuc iuſtè permanet ſublato bello, propter 16
alias maiores neceſsitates, quæ ſuperuenerunt. Innumera enim alia bella, mari, terraquè geruntur, cùm alijs penè

Vel alia loco primæ cauſæ ſubcedat.

M. Leſsius.

Quæ fuerit cauſa Alcabala imponẽdi.

Quæ cauſæ huic primæ ſuccedant.

penè infinitis Fidei, & Religionis impijs inimicis. Et Rex noster Christianissimus ijs omnibus ita prouidet, & inuigilat, vt de sua propria debita, & regali sustentatione, id auferat, quod in militum stipendia,
17 & remunerationem tribuit. Quare nimis animose Cardinalis Toletus Hispanus Hanc Alcabalam Hispaniæ impositam, iniustam absolutè appellat, intrepidequè eius exactionem damnat. Et eam non soluentes immunes à peccato asseuerat, libro quinto, suæ Summæ, cap. 74. Quia finem illius impositionis, scilicet, bellum Granatæ cessasse affirmat. Et cum ei tacitè oppono, innumera succedentia bella, à quibus Hispania multis ab hinc annis, non se potest expedire; Respondet id, quod si veritatem inspexisset, non respondisset, scilicet, Reges Hispaniæ adeò esse diuites factos, vt

Animosa Card. Tolet. sentẽtia qua Alcabalam iniustam appellat refellitur.

poſsint ſufficienter prouidere, abſque tanta exactione. Diuites Reges vocat, quando ita pauperes ſe oſtendunt, vt à ſubditis elemoſynas exigant, Quomodo ergo diuites vocat, quos ita quaſi mendicantes inſpeximus? Nonne fas eſt, & iure optimo,

Quo iure Regi noſtro tributa impoſita debeatur.

& naturali debitum, vt Regi noſtro, 18
cuius cura, & ſolicitudo pro nobis omnibus eſt, pro communis boni conſeruatione, & prouentu; pro Fidei defenſione, pro hæreſum extirpatione, pro Reipublicæ defenſione, pro inimicorum oppugnatione, noſtris ſumptibus, & contributionibus aliquo modo opitulemur, vt membra capiti, & vt partes toti? Iuſtum, & æquum eſt, Et quod pro hoc fine impoſitum iuſtiſsimum, & æquiſsimum debet exiſtimari. Hoc dixerim ſalua pace tanti aliàs authoris, cui quidem comcomparati, quaſi locuſtæ videbamur.

19 Vbi quisque debet aduertere, ex Alphonso de Castro. l. 1. de lege pœnali, cap. 11. Quòd si immediata causa tributi, non sit negotium aliquod transitorium; sed obligatio quædam permanens; Verbi gratia, vt perpetuò mare, à Piratis, & immanibus aggressoribus; vel itinera à latronibus defendantur. Non statim cessare tributum, si per aliquod tempus, huiusmodi non grassẽtur. Quia pro ipsa obligatione exigitur, quæ continua est, semperque eadem perseuerat. Tenetur enim Princeps semper esse paratus, & naues habere expositas, & milites expeditos.

Animaduersio ex Alphso de Castro Li. 1. de lege pœnali, c. 11.

Si causa sit permanens, transitoria.

20 Secùs est, quando immediatè pro aliqua transitoria necessitate inducitur; Illa enim cessante, Tributum cessat. Quod dixerim ne grauia aliquibus videantur onera, quæ in Partibus Indiarum degentibus imponuntur,

Non esse grauia onera in Noua Hispania pro mercibus, ab alijs Regionibus asportandis imposita.

21 tur, pro mercibus, quæ à diuersis aliarum regionum Regnis, vt ab insulis

Philip-

Philippinicis aſportātur. Paratus enim eſt Chriſtianiſsimus Rex, & mare, & terras, ab inimicis tutare, & de facto plures pro illorum defenſione, & habet, & ſuſtentat milites.

Tertia conditio. *Vt ſeruetur debita forma & proportio.*

Tertia denique conditio, de qua in ſequentibus, examinandum paro, illa eſt. Vt ſeruetur debita forma, ſcilicet, vt iuxtà proportionem facultatum cuiuſque imponantur huiuſmodi onera, ne alioqui ordo violetur Diſtributiuæ Iuſtitiæ: Si plus exigant, quàm ſubditorum poſsit tollerare facultas, aliter enim injuſtum eſſet, ſi immoderatè aliqua pars Reipublicæ vexaretur, & alij ditiores minus conferrent ad publicam neceſsitatem, de quo infrà. 22

CAPVT

CAPVT XX.

Possit ne personarum acceptio reperiri, in huiusmodi oneribus, & tributis imponendis?



VNanimis omnium Doctorum, cap. præcedenti citatorum consensus, veraq;, & cõmunis eorũ asseueratio est. Dari peccatum Acceptionis personarũ, quãdo tributa, & onera Reipublicæ, sine proportione ad vtilitatẽ, & facultatẽ singulorũ distribuũtur, & soluenda imponuntur. Omnes enim fatentur, ex hoc Iustitiã violari Distributiuã. Ita, vt nullus sit, qui contrariũ, nõ sit veritus asseuerare. Vt asserũt M. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. pag. 232. Eman. Rod. 2. p. suæ. Sum. verbo, Tributos, c. 72, cõc. 2. M. Valẽt. tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 6. M. Lessi. de Iustitia, & Iure, lib. 2. c. 32. de Tributis, & Ve-

Dari peccatũ acceptionis personarũ, si tributa, & onera, nõ secundum facultatem singulorum imponuntur.

M. Aragon.
Eman. Rodr.
M. Valentia.
M. Lessius.

& Vectigalibus, Dub. 5. nume. 44. Vnde, & ad restitutionem teneri sic imponentes affirmat, hoc enim, & fraudem vocat, & rapinam ex Caietano, verbo, Vectigalia; in quo omnes Doctores conueniunt. Quia non minùs in onere, quàm in honore, & commodo, proportio debita inter membra, & partes, in Republica, requiritur. Sicut ergo contra Iustitiã Distributiuam delinquitur, quandò sine debita causa, quis accipit plus commodi, quâm alter; ita etiam fit contra ordinem Distributiuæ Iustitiæ, si sine debita, & ordinata causa, plus ab vno, quàm ab altero, ciue exigatur. Et similiter, quandò ab inæqualibus, æqualia requiruntur: hoc enim per se iniquum est, & iniustum. Nequè alia indiget probatione, quàm communi omnium sensu, qui ab huiusmodi abhorret inæqualitate, & debitam proportionem exposcit, inter

Ratio qua assertio ostenditur.

2

ter membra Reipublicæ. Et illud, quod Paulus.2.Cor.8.testatur huic assertioni deseruit. *Non vt alijs sit remissio, & alijs tribulatio, sed ex æqualitate.* 2.Cor.8.

3 Si tamen duo opponas, eaquè difficilia. Primum, Princeps potest ad libitum ciues aliquos ab obligatione Tributi eximere, sed in ijs, quæ liberè possunt fieri, non datur personarum Acceptio. *Duo obijciũtur.* *Primum.*

4 Secundum, De facto nobiles, qui ditiores sunt in Republica, & Clerici à solutione tributi eximuntur; ergo etiamsi onera cum proportione, ad singulorum facultates, non distribuantur, Acceptio personarum, non committitur. *Secundum.*

5 Vtrique occurro, & primo satisfactio asserendo, non esse concessum Principi, ciues, ad libitum ab Oneribus, & Tributis eximere, hoc enim in grauamen cederet, & detri- *Ad primũ,*

Quomodo Princeps aliquos posit ex priuilegio iusta ex causa à tributis eximere.

detrimentum aliorum. Sed tantùm concessum est illi, vt ex iusta causa, quæ bonum commune promoueat, aliquibus priuilegium concedat, qui de se nullam habuerant nobilitatem; hoc autem, contra Di-
stributiuam Iustitiam haud militat. 6
Compensatur enim ex illa causa, communis boni, quidquid ciuis ille contribuere debuisset. Si autem Princeps, sine causa conuenienti id faciat, personarum acceptionis peccato delinquet.

Ad secundum.

Secundò item obiecto, Quod 7
& grauissimam, & latissimam disputationem exigeret, sic breui occurro resolutione. Non esse contra ordinem Distributiuæ Iustitiæ, vt Nobiles, & Clerici; à communi aliorum hominum contributione eximantur. Nam in Nobilibus habetur respectus ad merita parentum, in vtilitatem, & com-

Nobiles, & Clericos iusta ratione eximi.

De Nobilibus.

commodum Reipublicæ collata. Et peculiarem eorum obligationem militaribus officijs Rempublicam defendendi. Quibus sufficienter compensatur, quidquid vulgares alij de pecunia con-
8 tribuunt. Et hoc iure, optimo sanè in Noua Hispania Indi illi, qui Tlaxcalenses dicuntur, quia nostris Hispanis, vires, industriam, & patrocinium adhibuere, & illis comitantibus ciuitatem Mexicanam, & Regnum debellarunt, vt huic antiquo Orbi, & nostri supremi Regis Imperio perpetuò accumularent, in commodum, & vtilitatem huius Regni, ab huiusmodi, & alijs exactionibus liberi, Et vt Nobiles ob suorum parentum gesta tractantur. Dignissimi, vt maioribus pri-
9 uilegijs ornentur. ¶ Et quantum ad Clericos attinet, Quamuis non sit de Iure

Quo Iure Indi Tlaxcalēses in Noua Hispania, & Nobiles à tributis sint exēpti.

De Clericis.

Non Iure diuino, sed ad diuinum pertinente immunes esse à Tributis.

Medina. *Bellarm.* *Victoria.* *M.Soto.* *Ledesma.* *Palac.* *Banez.* *Salon.* *Couar.* *Lessim.*

de Iure diuino, vt eorum bona, ab ijs oneribus libera sint, & immunia, vt docent Medina, in Codice, de Restitutione, quæst.15. Cardinal. Bellarminus, libr. 1. de Clericis, cap. 28. Victoria, M. Soto, Ledesma, Palacios, Bañez, Salon, Couarruu. Et specialiter multis probat M. Lessius, libr. 2. de Iustitia, cap. 33. de Tributis, dub. 4. Quòd neque ex sacris literis, neque ex traditione, neque ex ratione naturali, neque Patrum testimonio probari possit oppositum. Est tamen valde consonum Iuri diuino, & naturali. Vt ibi probat Magister Lessius. Nam, vt legitur Geneseos.47.

Genes 47.

Ioseph Patriarcha, totam terram E- 10
gypti fecit tributariam præter terram sacerdotalem. Quod si liberaliter fecisse Iosephum, non Dei iussu dixeris; At certè id fecit Iosephus, quod recta ratio naturalis suadet. Præcipit enim, vt quæ Deo sacra sunt,

11 sunt; Dei sint non Cæsaris. Deo reddantur. Deo reseruentur, non Cæsari. Vnde colligit Vrbanus Papa, cap. Tributum. 23. quæst. 8. *Agros Ecclesiæ non esse Imperatorum exactionibus subijciendos.* Et 1. Esdræ. 7. Arthaxerxes vult Sacerdotes, Leuitas, & alios templi ministros esse à vectigalibus, & tributis immunes. Et Matthæi. 17. Dominus ac Redemptor docuit Filios esse liberos à tributis, quo nomine peculiariter Sacerdotes intelliguntur. Et cum ex officio ad eos pertineat, intercedere ad Deum pro populo, plùs videntur Reipublicæ prodesse, quàm si bonis temporalibus eam adiuuarent. Et ita decretum est, cap. Non minus, & cap. Aduersus de immunit. Ecclesiarum, & capit. Quamquam, de censibus, in sexto, vt Clericorum bona, ab omni impositione, & contributione libera sint,

Cap. Tributũ. 23. q. 8.

1. Aesdræ. cap. 7.

Matth. 17.

Cap. non minus cap. Aduersus de imm. Eccles. cap. quamquam de cẽsibus in 6.

& immunia. Vnde Constantinus, & 12
Constans. Clericis perpetuam securitatem concedentes, addunt. *Scientes magis Religionibus, quàm officijs ex labore corporis, vel sudore nostram Rempublicam contineri*, vt refertur

Cap. in qualibet. 23. q. 8.

cap. in qualibet. 23. quæst. 8. & ita imponitur excommunicatio illis, qui à Clericis Gabellas postulant, & tributa, quod quidem ita acerbissimè tractat.

M. Azor, esse de iure Diuino, asseuerat.

M. Ioannes Azor. 1. p. institutionum Moralium, lib. 5. cap. 12. §. Secundò quæritur, vt absolutè determinet, hoc esse de Iure diuino, cui subscribat; qui in re tanti momenti ausus est ferre sententiam de hoc tamen accutissimè vt moris habet, dissertit

M. Molina esse de iure humano, id postulante recta ratione.

M. Molina, tom. 1. de Iustitia, & Iure
tit. 2. q. 31. & hoc esse nõ de iure diuino, sed humano, postulante recta ratione, asseuerat; & eam sententiam 13

D. Thomas.

dicit esse. D. Thomæ; ad Roman. 13. & idem Doctor etiam alibi. 2. tom. titul.

titul.2.quæst.342.Et Lesſius, ibi: numer.30. *M. Lesſius.*

CAPVT. XXI.

An tributa Indis, in Noua Hiſpania nouiter impoſita, licita fuerint, & licitè ab exactoribus exigi poſsint?



MAGNVM, & arduum aggredior, nõ ex rei difficultate, cuius veritas ex omnium Doctorũ fonte facilè depromitur, ſed ex ſpeciali ratione illius Nouę Hiſpaniæ Regni, quam attentiſsimè debes (Princeps humaniſsimè) conſiderare pro illorum paruulorum, & omni deſtitutorum auxilio, exactionibus ſubleuandis, ne defeſsi ruant, onuſti deficiant, exacti pereant, & illorum

1 *Rei difficultas, & grauitas commendatur.*

 natura,

natura, quia misera est, & imbecillis, consumatur, & omninò (sicut in alijs Indiarum partibus,) à viuentibus auferatur. Quod facilè erit euentu, si res aliquas, pro eis non attēderis. Tu cui soli, ob tui animi pietatē Deus, huius pucilli Gregis curam, & protectionē commisit, credidítq; fidissimè. Con- 2
Licita esse tributa Indis imposita vera assertio.
ditiones ad iustam onerum, & Tributorum impositionem necessariæ supra adductæ, capit. 19. licita reddunt, licitèq; & iustè Indis imposita tributa constituunt, & rectè ab eis exigi deberi, ostendunt, iuxtà ibi statuta, & asserta. Non solùm ea, quæ primò, à primæua illius Regni debellatione, imposita erant, de quibus non dubitamus; Sed & ea, quæ decursu temporis paucis ab hinc annis, nouiter constituta fuere, antiqua augendo; de quibus posset esse dissentio. Nam si Regi 3
Probatur optimo discursu.
Supremo, omnes sui subditi, & tributum, & cōtributionem iure naturali debent,

debent, vt in bonum commune totius communitatis, & in maiorem sui capitis vtilitatem conducat. Et ex ijs solùm Clerici, vel iure diuino, vel ad Diuinum pertinente eximuntur. Et Nobiles, qui ob clara facinora sua, vel suorum parentum, in maiorem Reipublicæ vtilitatem sublevantur, non est cur Indi ab huiusmodi contributione immunes existimentur. Maximè si in onerum, & tributorum impositione conditiones omnes Iusti Tributi seruentur.

4 Quod specialiter ostendo. Quia à Supremo Rege, scilicet Carolo. V. Imperatore Summo, & primò illius Noui Indiarum Orbis Domino, imposita, & à Philippo. II. eius filio, paucis ab hinc annis, in aliqua quantitate aucta, à quibus optimo iure

5 imponi possunt, & augeri, vt diximus. Ecce primam conditionem. Et in bonum communitatis ipsorum

Conditiones Iusti Tributi fuiße seruatas ostenditur.

Prima conditio, à Supremo Imperatore fuisse imposita à Rege aucta.

rum, vt conſeruentur, tueantur ab incommodis, & liberentur à malis, iuſtitia regantur, doctrina ſpirituali, & miniſtrorum aſsiſtentia doceantur,

Secunda in bonum commune.

Et paſcantur: In quorum ſuſtentationem, magna pars Regalis theſauri cõſumitur, & quandò ibi exiſtentes non ſufficiunt, alij ab hoc Hiſpaniæ 6

Tertia proportione facultatis cuiuſq; inſpecta.

Regno, magnis Regis Chriſtianiſsimi ſumptibus aſportantur, in bonum publicum, & communem vtilitatem. Ecce ſecundam conditionem. Et onera, & tributa illis impoſita proportione cuiuſq; facultatis inſpecta, impoſita ſunt in principio, & poſtea ſunt aucta per Philippum noſtrum Regem ſecundum, addendo illis quatuor numos, & vulgò dicitur ibi: *Toſton*, ſupra octo, quæ antea ſoluebant, quod parùm videri debet, pro vnius anni contributione ſecundùm facultates eorum. Ecce tertiam conditionem. Iuſta 7

ſunt

sunt ergo tributa illis Indis imposita, quia iustè, & omnibus pensatis conditionibus imposuere Christianissimi Reges, & neq; alijs minor alijs maior iniuncta est obligatio reddendi, neq; alijs est remissio, alijs tribulatio, sed ex æqualitate, vt ait Paulus, igitur cum eis nulla sit personarum acceptio, neq; aliquid contra Iustitiam distributiuam committitur.

8 Benè quidem (Princeps Christianissimè) si tamen attenta animi cogitatione omnes has iusti tributi conditiones attenderis, Nescio (Timidus dixerim, & Pijssimo Principi secretò, hoc reuelo, à me diù excogitatum, quod ab oculato teste per quadraginta annos experto accipias.) Nescio inquàm an tertia fuerit conditio seruata circa tributa illius Regni, vt iuxtà proportionem facultatum cuiusq; huiusmodi onera fuerint non dico

Hoc tamen pro huius rei exacta cognitione attentissimè debet attendi.

primò impoſita, (quæ meo videri iuſtiſsima erant,) ſed aucta per quatuor numos hoc eſt, *Toſton*, & ad li- 9
tes, & contẽtiones, vt pro Iudicibus, quos Proreges habent, pro Indorum cauſis acceſſores remunerandis, dimidium numi hoc eſt. *Medio real.* Item vt abundè Reſpublica ſuſtentetur, ex illis quatuor numis, vnus ab eis tollitur; & pro eo vnam quicunq; gallinam contribuit. Ita vt additum ſit ad Tributum antiquum. *Tres reales para el Rey, vna gallina para que abunden, y medio real para los Iuezes.* Ecce tributum eis nouiter impoſitum, & ad antiquum additum.

Quod tributum additũ fuerit.

Quod vellem (pijſsimè Princeps) at- 10
tentiſsimè cum illorum Indorum facultatibus proportionatè componeret ille, qui ſciens illorum tenuitatem, pauperiem inexplicabilem, virium, ac animorum imbecillitatem, poſt tam longum tempus, quandò

& ipsi pauperiores, & eorum nume-
11 rus quasi cõsumptus videretur: Non veritus fuerit, hoc Christianissimo Regi persuadere; qui ita eos amabat, ac eis tenerè prouidebat, vt potius Regias suas facultates, in illorum sustentationem donaret, quàm eas, illorum sanguine augeret. Qui non Regis, sed Pastoris; non Domini, sed Patris eorum sese iactabat, nomen, & operationem habere, & verè sic erat. Non ergo id faceret, si ei, de illorum tenui facultate constaret. Testis est Deus, qui me ad hoc proferendum monet, & quocumq; timore postposito, id tibi Benignissimo Principi, non sum veritus asseuerare. Exiguæ enim illorum paruulorum vires, grauem laborem subterfugiunt. Debiles humeri, ac imbecilles onus impar reformidant; & eò grauius eis onus apparet, quò in minorem numerum sunt re-
12 dacti. Et non tibi parum, quod addi-

Quod non paru debet existimari, quod additũ & vt soluant.

Indorum summa pauperis, & misera suæ naturæ conditio.

tum eſt videatur, pro eorũ pauperie, qui neq; victum quo poſsint eſſe contenti, habent. Pauperrimam domum habitant, bona permanẽtia non poſſident, cenſus de quorum redditibus ſuſtententur, non imponunt. Neq; in craſtinum quod obſeruent, acquirunt. Quia quaſi venditi quotidiana 13
pecunia Hiſpanis deſeruiunt, & parua mercede conducti in longiſsimas terras, à ſuis proprijs ſedibus toto cælo diſtantes, inuiti ferũtur deſertis domibus, & per maiorem anni partem, quaſi à proprijs exules, ab vxoribus diuiſi, à filijs alieni, qui (aliquandò vidi teſtor corã Deo) quandò redeunt, & domum euerſam, & mulierem humatam, & filios diſperſos inueniunt. Et tunc, vnde huiuſmodi hanc contributionem accipiet, vt exactoribus ſoluat, an de horrea, vel de torculari? Aliquandò tacitus anxiè perfert, ſuamq; vicẽ lachrimabili ſingultu la-

mentatur,

mentatur, & aliquandò iã contigiſſe ijſſe oculis vidi (proh dolor) præſeps ruit, vel ſuſpendiũ eligit; vt ſemel moriens, nõ repetitis mortibus diu moriatur. Non eſt prętereundem ſilentio, quid dicere ſuſcepti huius operis ratio poſtulat, & facultas datur. Quarè de eorũ, non ſolùm conuerſione miraculoſa oraculis prænũciata prophæticis, diuiniſq; pręuenta parabolis; ſed & de eorũ labore, miſeraq; conditione, quãdò ab alijs ſubacti fuiſſent, nobis pręnũciauit Iſaias, vates vti ipſum appellat Hieronymus, Euangelicus, hoc eſt, totius Euangelicæ rationis, atq; progreſſus, diligentiſsimus, & accuratiſsimus ſcriptor, *Qui ſpiritu magno vidit vltimà, & cõſolatus eſt lugentes Sion, vſq; in ſempiternũ, ait Eccleſiaſ.* 48. Ipſe autem prophætica cognitione horũ Indorum præuidens cõditionem, miſerãq; ſortẽ, & abiectiſsimã naturam, Hiſpanos alloquitur, eiſq; ijs ver

Quid ſolet ex tanta exactione euenire.

Diuinis oraculis proprijs quaſi coloribus Indorum conditio, & miſera naturæ depingitur.

Eccleſ. 48.

ijs verbis, mandata quædam ex per- 16
sona Dei perferenda committit cap.
Isaiæ.18. 18. Væ (inquit) *Terræ Cymbalo alarum, quæ est transflumina Ethiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vasis papiri super aquas*. Hispanos itaque Isaias hac ambage, & traslatione verborum significans (siquidem sunt quorum nauigijs plenum esse mare dicatur, & naues figuratè vocat alatũ Cymbalum, carina enim Cymbalo, velum alis est similê,) ait, *Væ terræ*, idest, *ô terra*, vt Isidorus transfert, vel *heus terra*, vt Forerius, & alij, *Cymbali alarum*, Deindè docens, ad quos ea perferri debeant, hoc est Noui orbis incolas ita describit, notis suis atq; proprijs eorum signis, eos vt conspiciendos exhibeat. *Ad Gentem conulsam, dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad Gentem expectantem, & conculcatam, cuius dirupuerunt flumina*

Isidorus Clarus. Forerius.

terram

17 *terram eius*, vbi eos, non suis appellat nominibus, sed ex accidentibus pro Prophętarum more, exactè describit; & ita eos, suis coloribus depingit, vt propè oculis eos subijciat. *Ad Gentem conuulsam*, inquit. Propter maximas hominum persecutiones in illã surgentes, quibus, & conuelluntur à proprijs sedibus, & in varias terrarum partes, disperguntur, vt seruiant. *Dilaceratam.* Non eorũ solùm corporibus crudelia mala inferendo, & ea laboribus assiduis, & immanibus exactionibus dilaniando, ita vt in sui primò conuersionis tempore, quandò ab interioribus locis, ad alios asportabantur, fertur enim præscindi interdũ brachiũ vnius, mortuũq; relinqui, eo verò tãquàm flagello, alios percuti, atq; agi, vt mortis timore iter facerent: aliasq; sæuitias in eos exercẽdo, & non solùm hoc, sed & eorũ bona temporalia rapiendo. *Ad populum terribilem*,

terribilem, ob incultos, atq; ferinos mores; Nam & humanis carnibus vesci soliti erant, antequàm nostri ad eos accederent, & idolis humano san guine sacrificabant. *Post quem non* 18
est alius, idest qui vnus erat reliqus, quiq; vnus supererat ex omnibus Gētibus, cui promulgaretur Euangelium, iuxta Christi Domini Parabolam, Matthæi. 22. Et Lucæ. 14. De vocatis ad Nuptiale conuiuium. Totus enim Euangelij, eiusq; promulgatio nis cursus tribus vocationibus constat, sicuti ter solū in ea, qui conuiuio interesse deberent, vt ad essent, sunt inuitati, atq; vocati. Inter quos, qui 19
tertio, non vocati modo, sed vt in Triclinium etiam ingrederentur, & accumberent coacti sunt, ij, qui extra vrbem per agros vagabantur, quiq; ruri vitam degebant, ita qui post Iudæorum, & Gentium vocationem, vocandi supererant tertio, ij fuerant,

Matth. 22. Lucæ. 14.

Parabolam de vocatis ad Nuptiale conuiuium de Indis, eorumq; vocatione quæ partim vi, partim doctrina facta est, intelligēdam esse.

qui

qui vltimo mundi tempore, extra
Orbem Romanum, partim vi, partim
Doctrina intrare compulsi in Eccle-
siam, feritate, & immanitate, cultuq;
idolorum vanissimo relicto, ad man-
suetudinem paulatim, & ad vitæ ma-
gis humanæ cultum, emollirentur, ac
deniq; cælestis cõuiuij participes ef-
ficerentur. Quibus iustissimum in
eos initum bellum fuisse deprehendi
20 mus. Quod & asserunt, Maior in 4.
dist. 15. quæst. 20. Alphonsus de Cas- *Iustum esse bellũ in eos initum.*
tro. 2. de iusta hæreticorum punitio-
ne cap. 14. & alij, ex Paulo Burgensi. *Maior.*
De quo est vaticinatus Abdias, & *Alfons. de Castro.*
post hanc vocationem, non est alia, &
post hunc populum, non est alius. Ec-
ce illorum hominum miseram con-
ditionem à Propheta prædictam & à *Exponit aliter hãc Prophetiam.*
21 nobis ipsis oculis inspectam. Quem
locum licèt diuerso alio sensu, & ad
libitum sanè, de Lucitanorum naui-
gatione ad Indos, per Occeanum
Aethio-

Aethiopicum, vt illos Orientales con
quirerent, & debellarent, explicuerit;

M. Rebello. De Lucitanis, ad Orie͂tales nauiga͂tibus.

M. Rebello Lucitanus, tom. 1. de obli
gationibus Iustitiæ. 2. p. lib. 18. de Pro
miss. & donat. q. 23. sectione. 3. cui no͂
sat est de suis Lucitanis loquutum
fuisse Prophetam, sed specialiter pro-
bare contendit, de Indis nostris Oc-
cidentalibus ab Hispanis conquisitis,
& debellatis, notas ipsas Prophetiæ
intelligi nequaqua͂ posse, omnes eas
exponendo, de ipsis solùm Lucitanis.

Iosephus de Acosta. Bossius.

Adducens pro se Iosephum de Acos-
ta, ad initium libri de procuranda sa-
lute Indorum, & Bosium de signis

Vera expositio.

Ecclesiæ, lib. 20. cap. 3. Signo. 84. Ni- 22
hilominus pro mille nobis sufficiat,

M. Lud. de Leon.

M. noster Ludouicus de Leon, in Ab-
diam, qui præfata͂ Isaiæ Prophetiam
de conuersione Noui Orbis per His-
panos nostros, de Nauigatione ad In-
dos Occidentales, deq; eorum con-
quisitione miraculosa, mirabiliq; de-
bellatione,

bellatione, de eorum natura, & cōditione (vt diximus) interpretatur, multis probat, eisq; manifestissimis signis, & rationibus.

23 Deindè nostrorū illius Noui Orbis Indorum conditionem proprijssimè apud Iob, cap. 24. Exaratam inuenio. *Oppreßerunt pariter mansuetos terræ, & vineam eius, quem vi oppreserunt, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentū in frigore. Quos imbres montium rigant, & non habentes velamen, amplexantur lapides; vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis, & incedentibus absq; vestitu, & esurientibus tulerunt spicas*, &c. vide vmbratilem miseræ Gentis figuram, vide miserrimam eius conditionem, & ab oppressoribus immanitatem, feramq; crudelitatem in eos, quos Mãsuetos. Nudos, Pauperes, Oppressos, & absq;

Iob. 24.
Expreßissimum de Indis, & eorū misera conditione testimonium.

 operi-

opperimento in frigore, vocat. Qui quo se ab iniurijs defendant, non habent, pernoctare coguntur sub dio omnibus iniurijs expositi. Nam cum sint proprijs domicilijs extrusi, vel occupatis, vel dirutis, Hispanorum iniuria, vagari profectò extra tectũ, & extra vrbem coguntur, vt recens est illarum partium tribulatio, (vtinam 24
vltima) cum à proprijs domibus, vi eiecti, proprijsq; domicilijs relictis alibi coguntur habitare. Heæ sunt congregationes illæ, quæ potius in totius Regni pernitiem, & in illorum pauperum miserrimã exactionem, quàm in Regni, Regis, & Reipublicæ vtilitatem fuerunt inuentæ, ne dixerim ab Horco deductæ. Et nescio quid immanius, & petulãtius sub illis verbis, *Nudos dimittunt homines indumenta tollentes*, Subolfecerunt Septuaginta legentes, *Indumentum animæ eorum abstulerunt*. Quod ita Nicetas interpretatur.

Populorum congregationes nuper inuentas, nouã esse eis tribulationem.

Septuaginta

pretatur. *Extremum vestitum, quo corporis, turpitudinem contegebant, ademerunt. Hasta dexarlos en carnes viuas.* Itẽ, *Quos imbres montium rigant.* Non solùm sine tecto, & domo miserorum capita perfunduntur rore, & guttis noctium; sed toti ipsi madent, riuulis cadentibus, ex montibus, *Et non habentes velamen*, idest protectionem, fiduciam, spẽ, aut refugiũ, (hæc enim omnia, vox originalis cõplectitur.) *Amplexantur lapides*, idest subeũt antra, & lapidosas cauernas, *Petram sibi circundederunt*, vt Septuaginta, *Et vulgũ pauperẽ spoliauerunt*; Septuaginta
26 Et vt humilis, ac tenuis conditionis homines significantius exprimeret, *vulgum*, vulgatus apposuit, cum in Originali tantũ sit Pauper. Simachus, ex Hebræo, *à paupere pignus abstulerunt*. Et Hebrayzantes, *Super pauperem pignus accipient*, Batablus, *Accipiunt in pignus, quod est super pauperem.*

Simachus. Hæbrayzãtes. Batablus. Tygurina.

perem, Tygurinæ, *cum iniuria, humilium pignus accipiunt*. Quæ omnia
Septuaginta. lectio Septuaginta germanius amplificat. *Eum, qui ceciderat humiliauerunt*. Non solùm iacentem non ere- 27
xerunt, sed graui etiã imposito exactionis pondere oppresserunt, ne exurgere posset. Quibus illius Gentis conditio, non modò prænunciatur futura, sed ac si iam facta videretur historico narraretur eloquio, si quidem de rebus ipsis sic loquuntur huiusmodi prædictionis notæ, quomodò res ipsæ alloquerentur, eis si loqui liceret.
Nõ ne vides (Princeps humanissimè) 28
horum hominum lachrimabilem vicem, inopiam, & tribulationẽ, & inde colligis tertiã illam cõditionẽ? ad Tributorum impositionẽ necessariã, vix fuisse seruatam? cum eis aliud pondus eorum humeris impar superponitur, augendo tributum, quandò potius impositũ, & antiquum deberet auferri?

ri? Quod si fieret, in maiorem cederet Regis, Regni, & totius vniuersi pro-
29 uentum, & vtilitatem. Quibus eorum conseruatio plus cõmodi est, quam eorum tributa, vtilitatis. Nam ita ijs, & alijs exactionibus affli ctantur, vt per octoginta & nouem annos, penè videatur extinctus, ille nouus Romano non minor, sed propter infinitam hominum quos genuerat, & aluerat multitudinem, latior portasse, atq; maior Orbis. Et quandò quia pauciores, & pauperiores existunt, deberent indulgentius tractari, ac subleuari, tunc eis, & personalia, & realia onera, humeris, & facultatibus imparia continuo imponuntur, & imposita im-
30 maniter exiguntur. ¶ Præterquàm quòd quia finis, qui hac impositione attenditur, non assequitur. Quod libuit sigillatim exponere, tuisq; oculis cõspiciendum obijcere. Nam ex eo gallina eis est imposita, vt Me-

Quod in maiorē Regis, & Regni cederet vtilitatem, si à tributis indieximerētur.

Sigillatim tributi illius finis, & inconueniētia ostendūtur.

 xicana

xicana Respublica, aliæq; illius Orbis Hispanorum ciuitates, eis abundent, pretioq; moderato comparentur. Ex hoc autem aliqua (ne alia insequar infinita) sequuntur inconuenientia non leuia.

Gallinæ impositio.

Primùm est, quia cum à quocũq; 31
populo Mexicum debeant asportari, secundùm Indorum contribuentiũ numerum, vt eis, quæ in longo itinere moriuntur, supplementum faciant, si centum deberent afferre, plusquàm ducentas afferunt, & vix sufficiunt. 32
Ecce eis summa iniuria. Deindê non omnes Indi gallinas alere possunt, quia continuò in ministeria personalia vaganrur distracti, & ij vt tributum reddant, eas emunt maiori pretio, & aliquandò quatuor numis, vt eas pro vno conferant in tributum, quod nimis graue est. Neq; abundantia Reipublicæ sequitur; Quia quãdo 33
asportantur, per omnes ciuitatum

Magnates

Magnates diuiduntur, & per alios non paucos, qui vel propria diligentia, vel aliornm solicitudine, acquirunt magnam earum copiam, & eas asseruant, & quas per numum vnum secundùm publicam taxationē emerant, per sex, alijs eiusdem Reipublicę vendunt; quia pro eis non est taxatio posita. Etsi anteà communiter, & paruo pretio, per vicos, & plateas emebantur; Iam vel non inueniuntur, vel supremo, & excessiuo illo pretio habentur. En gentis illius exactio.

34 Aliud item, scilicet Dimidium numi, quod eis est pro iudicibus impositum, ne maiores expensas faciant cum lites habent, nec pauca, nec parua habet incommoda. Primum est, vt ij (infiniti quidem sunt) qui nunquàm lites babent, nec pro eis ad iudices vnquàm occurrere, vel quia simplices à ciuitatibus semoti degūt; vel quia pacificè in sua reguntur Repu- *Alia Dimidij numi impositio pro iudicibus, aduocatis, Procuratoribus, & interpretibus, scilicet Nahuatlatos, non pauca habet incommoda.*

 blica,

blica, idem tributum ferant, ac ij, qui
lites frequenter habent, & paſsim ob
eas iudices adeunt. Deinde, ij qui alias 35
non litigarent, cum aliorum ſumpti-
bus Iudices, Scribas, Procuratores, &
Interpretes, (qui ibi, Naguatlatos di-
cuntur, Gens quidem immanis,) vi-
deant eſſe conductos, facilè lites exci
tant, & diù eas proſequuntur. Vnde
notum eſt, & ego quidem attentiſsi-
mè obſeruaui, ab hac impoſitione ma
iores, & plures Indorum contentio-
nes ſubortas fuiſſe. Ac tandem neq; 36
hoc alia miniſtrorum, ſcilicet aduo-
catuũ, & Procuratorũ, pro eis con
ſtitutorum, immoderata ſtipendia vi
tantur. Quod eſt periculoſum attin-
gere.

Alia quatuor numerum impoſitio.

Ad quid deindè alij tres numi, ſeu 37
quatuor ſunt impoſiti? ad Supremi
Regis neceſsitatem ſubleuandam? an
ad maiorem illius Regni vtilitatem?
Primum fateor, ſecundum non ag-
noſco,

noſco, & quoad primum Supremus *An ad Regis neceſsitatem ſubleuandam.*
38 Rex, & Benignisſimus, qui omnibus beneficia confert, & copioſiſsimam remunerationẽ elargitur; quare eis, qui neq; minus deſeruiunt, neq; minoris ſunt digni mercedis (operarij enim ſunt) quare inquam eis vt mercedem donet, tributa imponit? eis ſit iudicium, qui Supremo Senatui, non animo puro, & ſincero, ſed intuitu ſuorum prouentuum putant ſe Regi præſtare obſequium, ſi ſanguinẽ Innocentium, manibus aſportatum offerant, & effuſum pro ſua vtilitate ſacrificent; de quibus dici poteſt, quod de alijs Innocẽtibus dixerat Chryſologo, cũ tantæ necis cauſam conquireret. *Quibus, ſolùm quod nati ſunt, hoc fuit crimen.* *D. Chryſol. ſerm. 142. de infantiũ nece.*

39 Quoad ſecundum, maiorẽ diximus futuram vtilitatem Reipublicæ, ſi leuentur ab oneribus, ſi eximantur à tributis, qui ſuis alijs laboribus per- *An ad maiorem illius Regni vtilitatem.*

ſonalibus, & metalla ab infimis terrarum cauernis educentes, & terras ſuo ſudore colentes, & onera ſuis humeris portantes, Rempublicam augent, alunt, ſeruiunt, conſeruant, ac ditant.

Hæc de tota hac ſecunda Parte ſint ſatis.



TER-

TERTIA PARS.

AD QVID TENEANTVR, QVI HAEC INIVSTE diſtribuunt, & in ijs perſonas acceptant. Et ij, qui horum omnium conſecutionem impediunt.

DE IIS, QVI INIVSTE diſtribuunt.

CAPVT. I.

Ad quid teneatur, qui indignum eligit, poſthabito digno?



1 O ordine, quo in ſuperioribus de Iuſtitiæ Diſtributiuæ per acceptionem perſonarum tranſgreſsione, diſſeruimus; Et de obligatione

tione eorũ, qui sic iniustè distribuũt, & personas acceptant, disceptandum est; quod nec leue est, nec minus timidè debet attendi, quâm res ipsa exposcit. De pænis enim illis impositis, qui scienter indignum eligunt; non agimus in præsenti, neq; huic nostro discursui necessarium existimo, de eis tamen Doctores latè discutiunt, in cap. cum in cunctis de electione. Vbi Episcopus, qui indignum eligit, priuatur potestate eligendi, & alij inferiores ab officio suspendũtur per Triennium, & voce actiua in illa electione priuantur, quæ ad alios deuoluitur, qui indignum non elegerunt. Solùm enim hic agimus de obligatione restituendi, quę nascitur ex electione indigni, & cui nam debeat huiusmodi 1
restitutio fieri?

Non agi de pænis impositis ijs, qui scienter indignũ eligũt Cap. cum in cunctis de electione.

Sed de obligatione restituendi.

Et ne in re adeò manifesta plus nimio protrahatur oratio. Hoc vnum 2
idq; verissimum, ac in omnium opinione

Vera omniũ sen ẽtia qui indignũ eli-

nione receptum ſtatuo. Sic eligentes, & ſic perſonas acceptantes, ad reſtitutionem teneri reſpectu Eccleſiæ, ita D. Thomas. 2.2.q.62.artic. 1. ad. 3. & ibi omnes eius Interpretes. M. Salon, controuer. 3. M. Aragon, Bañez. M. Molina, tit. 1. de Iuſtitia, diſput. 12. M. Valentia, tom. 3. diſp. 5. q. 7. de Acceptione perſonarum punct. 2. §. 6. M. Soto, lib. 4. de Iuſtitia, q. 6. art. 3. M. Ledeſma. 2. par. ſuæ ſummæ, tit. 8. 14. difficult. M. Rebello, de obligationibus Iuſtitiæ, lib. 3. quæſt. 4. ſect. 4. concl. 7. M. Leſsius, de Iuſtitia, lib. 2. cap. 34. dub. 15. num. 74. §. dixi. D. Molina de Hiſpanorum Primogen. lib. 2. cap. 5. num. 57. §. Quod quandò, & omnes alij, nullo eorũ, quos inſpexi deſumpto, ita vt oppoſitum neq; veſtigium habeat probabilitatis. Et ſi aliqui aſſerunt Adrianum, in materia de reſtitutione. 4. de collatione beneficiorum, id negaſſe, id fuiſſe credo, non quia id

gunt teneri ad reſtitutionem Eccleſiæ.
D. Thomas.
M. Salon.
M. Aragon.
M. Bañez.
M. Molina.
M. Valẽtia.
M. Soto.
M. Ledeſm.
M. Rebello.
M. Leſsius.
D. Molina.
Talud. 4. d. 15. quæſ. 2.
Caiet. in ſũma.
Syluest. V. Reſt. 3. q. 13.
Nauarra. 2. de reſt. cap. 2. nu. 144.
Vera aßertio oſtenditur.

asserat, sed quia argumenta ponit, quibus id probare videtur, & eis non clarè respōdet; nostram tamen affirmat; sic illum exponit Valentia loco citato.

Vera assertio ostenditur.

Quod ex eo manifestissimè ostenditur, quia ex Iustitia commutatiua Prælati, & electores tenentur stipendia conferre ex bonis Ecclesiæ dignis ministris, & sufficientibus in ordine ad officium, propter quod dantur stipēdia. Quare si Damnum aliquod temporale Ecclesia incurreret, propter imperitiam ministri, deberet compensari pecunia, aut simili bono temporali; & damnū spirituale, quod incurrit, ex defectu sufficientis ministri, tenentur Electores procurare, vt suppleatur, aut resarciatur, vel adhibito sufficienti alio ministro, & priori expulso, vel saltem ex proprijs bonis conferendo coadiutorem, qui alterius suppleat defectum. Nam qui cau sam 3 4

Electores teneri damnū resarcire, vel adhibito alio ministro priori expulso, vel ex proprijs bonis coadiutorē conferēdo.

ſam damni dat, damnum feciſſe videtur, cap. vltimo, de iniurijs, vt ad hoc ipſum confirmandum optimè argumentatur Couarruuias, relectione in Regula peccatum. part. 2. §. 7. num. 2. Et ſimiliter ipſe indignus, qui electus fuerit, niſi ſibi comparet ſufficientiã, aut tenetur beneficiũ dimittere, aut coadiutorem, qui eius ſuppleat defectum, procurare. Quoniam inter ipſum, & Eccleſiam eſt ratio cõmutatiuæ Iuſtitiæ, vt ex vna parte ſtipendium tribuatur, & ex alia miniſteriũ fidelibus neceſſariũ præſtetur, in qua fundatur obligatio reſtituẽdi fructus beneficij, quandò non dignum famulatum impendunt, & hoc ex toto, vel ex parte ſecundũ modũ, quo debitũ officiũ prætermittitur. Et ſiue Iuſtitia hæc commutatiua fundetur abſolutè in ratione ſtipendij, & miniſterij debiti, vt plures ex Doctoribus aſſeuerant, ſiue in ſtipendio dato, & in la-

Cap. vltimo de iniurijs Couarru.

Ipſum indignum electũ teneri beneficiũ dimittere, aut coadiutorẽ procurare.

bore corporali, & temporali ministri, vt docet Valentia loco citato, & nos diximus. 2. part. capit. 1. Non est dubium consurgere obligationem restituendi, tàm in Electoribus, cum non tribuunt dignũ ministrum cum possent, & deberent; quàm in ipso indigno ministro, qui locum occupat sufficientis, & iniustè suscipit stipendia.

De officiorum saecularium iniusta distributione.

6 De iniusta officiorum saecularium distributione, cum digno dimisso, indignus assumitur, & quomodò ad restitutionem adstringat diximus. 2. part. de officijs saecularibus, capit. 15. quod semel dixisse sufficiat; quia eadem, etsi dulcia forent, repetita non placent.

CAP.

CAPVT II.

Qui dignum eligit, digniori dimisso, ad quid teneatur?



HOC maiorem præsefert difficultatem, & non sic inter Doctores de ea est concors sententia, ac de superiori: atsi medium inter eos tenuerimus, beati: quod pro tuæ conscientiæ pace (Princeps Christianissime) si fecerim, gaudebo.

1 Ac Primò de officijs sæcularibus, absquè controuersia generaliter grauissimi Doctores affirmant, dummodò dignis conferantur, etiamsi digniores dimittantur restitutionis obligationē non oriri. Nam si in distributione beneficiorum Ecclesiæ, non oritur (vt dicemus inferius) multò minùs in di-

De officijs sæcularibus, si ea dignis conferantur, etsi digniores dimittantur ad restitutionē non adstringi.

ſtributione officiorũ ſæculariũ, dummodò dignis cõferantur. Tunc enim Reipublicæ expectationi ſatisfactum fuiſſe, putãdum eſt, & ſic ei nihil debet reſtitui, cũ eidẽ dignum prępoſuerint, nec damnũ, aliquod ex ea electione ſibi cõtigerit. Nec etiã debet digniori reſtitui, cũ is nullũ ius ad eandẽ electionem prætendere poſſet. Quod elegan-

Adrian. ter, ex pluribus ſic reſoluit Adrianus, in.4.ſentent. in tract. de Reſtitutione, ca. Incipiens, Quia iã determinatum,

M. Soto. quem ſequitur M. Soto, de Iuſt. & Iur. lib.4.q.6.art.3. reprobata opinione Caietani, qui cõtrariũ cenſuit: quã etiam Adriani ſententiam aduerſus Caieta-

Couar. nũ, ſequũtur Couar. in Regula peccatũ, lib.6.2.p.§.7.num.6.& D. Antonius

Ant. de Pa. de Padilla, in l. Cũ quidã.ff. de Legat.2. num.18.& alij infrà, pro beneficijs Eccleſiaſticis adducẽdi. Sed, & qui obli- 2
gãt ad reſtitutionẽ in beneficijs Eccleſiaſticis, id in officijs ſæcularibus non con-

cõcedunt, neq; vsu receptũ aliquandò legi, vt qui dignũ ad sæculare officiũ elegerit, aliquid, aut Reipublicæ, aut digniori dimisso restituat; sed optimè consultum reputatur, quandò ille, qui eligitur, est ad officium idoneus.

3 De Ecclesiastis verò maior est inter Doctores dissentio, ex cõmuni autem omniũ cõcensu; Vnũ presupponas. Respectu Ecclesiæ, cui datur dignus minister, nullã dari obligationẽ restituẽdi; satis enim fit Cõmutatiuæ Iustitiæ, & iustè cõfertur stipendiũ, quãdò dignè, & sufficiẽter exercetur officiũ. Et licèt voluntas Ecclesiæ, ea sit, vt dignior, minùs digno præferatur. Non tamen ea lege, aut cõditione, vt velit, minùs digni esse electionem inualidã: & stipendium, quod illi confertur, ei⁹ dominio, & possessioni nõ subiaceat; Sed solùm præcipit electoribus, vt digniorẽ eligãt absolutè. Supposita tamẽ electione minùs digni, qui sufficienter

De Ecclesiasticis beneficijs.

Quod respectu Ecclesiæ cui datur dignus minister nulla datur obligatio restituendi.

exerceat officium, voluntas Ecclesiæ est, vt debitum stipendium conferatur. Et ex hoc, manifestè constat, non 4
teneri Electores, nec ipsum Electum restituere Ecclesiæ stipendium, nequè etiam damnum aliquod; Si enim sufficienter exercetur officium, nullum dãnum contra Iustitiam, Ecclesiæ infertur. Quod omnium Doctorum inspectis assertionionibus dixerim.

Si tamẽ digniori posthabito, aliqua 5
fieri debeat restitutio, nõ ita facile est insinuare, cum inter Doctores nõ vnus sit animus, non vnus consensus; sed ex diametro pugnent sententiæ: eis tamẽ ommissis, non verò contemptis: Quæ communior est, & probabilior affirmat. Quod si dignus eligatur nihil sit restituendum Ecclesiæ, neque digniori. Et quandò indignus eligitur, solùm 6
esse faciendam restitutionem Ecclesiæ, non autem eis, qui prætermittuntur.

Vera assertio, quod si dignus eligatur nihil sit Ecclesiæ, neque digniori restituendum.

Hanc

Hãc,vt ſtatuerem aſſertionem,diù excogitaueram, conſulueram, & publicis,ac priuatis diſputationibus non ſemel exagitaueram. Res enim grauiſſima eſt, & quæ non ad libitũ debeat determinari, eam tenent grauiſsimi, & ſuæ conſcientiæ timidi Doctores, quorum determinationi,ſi noſtra fulciatur ſecura conſiſtet, & æternę vitæ conſecutioni non obſtabit. Hij ſunt Adrianus,in.4.ſent.de Reſtitutione.q. 10.M.Soto,de Iuſtitia,& Iure,lib.3.q. vltim.& lib.4.q.6.artic.3.Nauarro, in Manuali,cap.17.num.72.& conſil.21. de Symonia, Couarruuias, in Regula Peccatum,lib.6.p.2.§.7.numer.6.Didacus Perez,libr.1. Ordinamenti,titu. 6.l.2.D.Molina, de Hiſpanorum Primogenijs,lib.2.cap.5.nu.15.qui pręter citatos,citat etiam pro hac ſententia, quam ipſe ſequitur D.Anton.de Padilla,in l.cum quidam.ff.de legatis.2.numero. 18.tenent etiam Mercado. de

Adrian. M *Soto.* *Nauarr.* *Couar.* *Didac.Per.* *D. Molina.* *D. Ant.Pa.* *Mercado.*

Card. Tolet. Restitutione, cap. 17. Cardin. Toletus, libr. 5. suæ Summæ. cap. 78. Za. verbo Beneficium. M. Valent. tomo. 3. Dispu. 5. quæst. 7. pũct. 2. §. 6. M. Suarez, opusc. de Iustitia, sect. 3. num. 14. M. Rebello, de Obligationibus Iustitiæ. 1. p. libr. 3. quæst. 4. sect. 4. M. Leonardus Lessius, de Iustitia, lib. 2. cap. 34. dub. 15. nume. 72. 73. & 74. D. Franc. Martinez Episcopus Cartaginensis, in suis scriptis. Et M. Petrus de Hortigosa, in illis Indiarũ partibus cõmune decus, & pro nobis omnibus singulare ornamentũ. Et ea videtur cõmunis sentẽtia antiquorũ Doctorũ, in. 4. sententiarũ, distinctione 15. Qui nullam mẽtionem faciunt de restitutione facienda illis, qui prætermittuntur, etsi cõmunissimè affirment, esse peccatum, magis dignum dimittere. Ita Gabriel. distinctione. 15. quæstione. 7. Maior, distinct. 24. quæst. 9. & alij, nec pauci, nec parui.

M. Valen. M. Za. M. Suarez. M. Rebello. M. Lessius. D. Martinez. M. Petrus de Hortigosa. Gabriel. Maior.

Ratio-

Rationibus manifestissimis osten-
7 dere non erit operosum. Prima, quia magis dignus antequàm ad beneficiũ eligatur, nullum habet ius, neque in re, neque ad rem. Non ergo priuatur aliquo bono sibi debito, quando non eligitur, neque est illi aliquid restituendum. Omnis enim obligatio restituẽdi, ex re ipsa, aut ex iniusta boni alieni acceptione promanat. Neutrum tamen locum habet in hac parte. Quia beneficium, neque erat sub dominio dignioris; Quod est habere ius in re, neque dignior actionem obtinuerat ad petendum ex Iustitia, quod est habere ius ad rem. Solùm ergo Ecclesia priuatur iure suo, quandò non datur illi dignior minister. Et solùm in hoc casu, aliquid esset Ecclesiæ restituendum, nunquàm autem digno, vel digniori, quandò non aufertur, ab ipsis iniustè aliquod bonum proprium. Et Ecclesiæ non, cum eidem dignum præ-

Rationes quibus probatur assertio. Prima.

Neque Ecclesiæ aliquid restitui debet.

posuerit, nec damnum aliquod ex ea electione sibi contigerit, & ipsa non 8
intendat collatores sub onere restitutionis obligare ad procurandum semper maius bonum, & digniores ministros; modò eos procurent, qui verê digni, & vtiles fuerint. Neque collatores censent se sub tali onere obligationis teneri. Tùm, quia Ecclesia non videtur damno affecta; etiamsi maius bonum non fuerit procuratum. Tùm ob multas perplexitates, quæ inde, quotidie oriuntur.

Secunda, A simili ex militia, & ædificio.

Secunda. A simili constat. Nam si Dux conducat milites ad bellum ido 9
neos, etiamsi magis idoneos dimittat, & in hoc fidelitatem non seruet, neq; debitum ordinem exequatur; aliquid restituere nõ tenetur militi magis idoneo prætermisso. Neque is, cui ad ædificiũ præcipitur, vt magis idoneos ministros cõducat, & peritiores artifices, adhuc præmisso examine assumat, ijs

prætermiſsis; ſi idonei eligantur, & periti, nō eſt obligatio aliquid reſtituēdi, etiamſi contra fidelitatē Domino debitam, delinquat. Similiter ergo quamuis præceptum ſit, vt magis digni, ad militiā, & ædificationem ſpiritualem Eccleſiæ, milites eligātur, & artifices; Non tenetur elector magis dignis, qui prætermittuntur, aliquid reſtituere, Etiamſi ſolū hoc adimpleat, vt dignos miniſtros eligat, etiā Eccleſiæ aliquid reſtituere non tenetur, vt diximus.

10 Tertia. Rigoroſum nimis, contra rationem, & communem apparet conſuetudinem, ſic eligentes ad reſtitutionem teneri. Imò neque poſſet conuenienter vſurpari. Quoniam inter innumeros, qui digni ſunt, & ad beneficia idonei, non conſtat, cui fieri debeat reſtitutio, quandò in gradu ferè æquali multi digniores ommittuntur. Similiter nulla cauſa apparet, propterquam, electores teneantur *Tertia ab incommodis.*

aliquid magis digno restituere; & ipse minus dignus, qui electus est, non teneatur beneficium, aut fructus perceptos digniori restituere. Nam si verũ esset oppositũ, iniustitiam etiã committere, minus dignus suscipiendo, & retinendo beneficium, contra ius alterius; si notum sit minus dignum electum, ab alio notabiliter, in dignitate excedi.

Obiectio. Neque obstat, Quod Ecclesia in foro exteriori, nõ admittat petitionem magis digni, ad annullandam electionem. 11
Solutio. Quia si fuit iniustitia cõmissa in foro conscientiæ, non excusatur minus dignus ab iniustitia, & a restitutione. Et cum ij, qui contrarium asseuerant, non concedant, minus dignũ ad restitutionem teneri; non possunt consequenter defendere, quod electores ad restitutionem teneantur. Est ergo hęc sentẽtia sequenda, vt probabilior, maiori authoritate Doctorũ

 suffulㄧ

ſuffulta; rationibus probabilioribus aſtructa, & ipſa conſtanti veritati innixa.

12 Vnum tamen aduertẽdum monet, doctiſsimus Conſiliarius, Regiuſquè, ac ſupremus conſultationum ſenator. Ludouicus Molina, de Hiſpanorũ Primogenijs, lib. 2. cap. 5. num. 58. Quod tibi cõſiliariorũ Preſidi, curæ eſſe debet; Quòd in hoc caſu elector ſaltẽ tenetur, ob violatam Iuſtitiam Diſtributiuam, vbi alia electio occurrerit, propẽſiorem curam habere, illius dignioris prætermiſsi; quod, & admonuit M. Soto, loco citato, & eius aſſertum maximã æquitatem præſeferre idem Molina teſtatur; & ego ipſe confirmo.

Maxime notandum, in continuis cõſultationibus D. Molina.

M. Soto.

13 Sed qui veritatem inquiris, & propriæ conſcientiæ paci conſulis, aliorum Doctorum ſi fortè aſſeuerationem audiſti, & eorum grauitatem ſuſpiceris, (Digniſsimi enim ſunt, vt venerentur) fortaſſe inquies

Oppoſita ſententia ad reſtitutionem teneri.

Caietanus. quies esse securam, ij sunt Caietanus. *Paludanus.* 2.2. quæst. 62. artic.2.dub.4.Palud.in. 4.sentent.distinct.15.quæst.2. artic. 2. *Lud. Lop.* Ludouic. Lopez.1.p.instructorij, cap. *Medina.* 125.Medina in instructione Confesso *M. Aragon.* rum.§.31.M.Aragon.2.2.quæst.62. ar *M. Salon.* tic. 2.M. Salon.fol.1096. Ledesma. 2. *Ledesma.* 4.fol. 156. Syluester, verbo, Restitu- *Syluester.* *D. Thomas.* tio, 3. quæst.12. Maximè cum D. Tho mæ doctrinæ innitatur, qui.2.2.q.62. artic.1. ad 3. affirmat, ex transgressio ne Iustitiæ Distributiuæ, nasci obligationem restituendi, etiamsi restitutio sit actus Iustitiæ Commutatiuæ. Vt si Distributor conferat alicui minus, quàm debuerat conferre, tenetur satisfacere, & per Iustitiam Commuta tiuam restituere ad æqualitatem eius, quod dare prætermisit. Cum ergo inter omnes constet, contra Iustitiam Distributiuam Electorem peccare, si magis dignum apertè dimittit: Videtur sequi ad resti-

tutio-

tutionem adſtringi, ſecundum Iuſtitiam Commutatiuam ad æqualitatem.

14 Cui aliam forſam ſi rationem adiunxeris, quam illi Doctores magni faciunt, & efficaciorem exiſtimant, videlicèt; Ex Iuſtitia erat beneficium debitum magis digno. Illi ergo irrogatur iniuria, ſi beneficium non confertur. Et iniuſtitia, vel iniuria obligat ad reſtitutionē damni, ergo tenetur elector damnum reſarcire, & rem, aut perſonam in ſtatum priſtinum reponere, quæ eſt propria reſtitutionis ratio. l. 2. §. vlt. ff. Nequid in loco.

Alia eorum ratio, ſuo videri efficaciſſima.

Quid ſit reſtit. l. 2. §. vl. ff. Ne.

15 Neque obſtat, quod peccatum ſit contra Diſtributiuam Iuſtitiam, quia verè eſt iniuſtitiæ peccatum. Similiter

16 non obſtat, quod beneficia fuerint, principaliter inſtituta, propter neceſsitem, & vtilitatem Eccleſiæ. Quia ſaltē ſecundariò ſunt præmia, pro meritis perſonarum conſtituta, & qui magis

digno,

digno præmio sibi debito priuat, iniuriam illi facit, ex hoc secũdò respectu; etiamsi Ecclesiæ iniuriam nõ irroget, minùs dignum illi præponendo ministrum.

Ad argumẽ. & D.Thom. satis fit.

17 At huic sententiæ nostræ verissimę oppositæ, libet in tui gratiam occurrere, & primo D.Tho. testimonio satisfacere existimo necessarium. Et circa id exitari solet à Doctoribus in vniuersali.

An trãsgressio Distributiuæ Iustitiæ ad restitutionem adstringat?

18 An transgressio Iustitiæ Distributiuæ, ad restitutionem trasgressorem adstringat? Quia secundum varias eorum sententias, variè item argumento respondetur. Quidam enim asserũt,
19 transgressionem Distributiuę Iustitię, ad restitutionem obligare; sed negant electionem minùs digni, contra Iustitiam Distributiuam militare, & solùm dicunt, contrariam esse Fidelitati, & Charitati; sicut in electione medici, aut militis contingere solet. Quã licèt quoad primã partẽ, illi, qui capite præce-

præcedēti citantur, defendant, & tueā tur, non videtur, quoad vtrāquè satis probabilis. Quia licèt bona Ecclesiasti
20 ca, primariò sint instituta, propter bo- nū cōmune ipsius Ecclesiæ, vt tribuat stipendia dignis ministris; Secundariò vtitur illis Ecclesia tanquàm præmijs, quibus virtutis, & doctrinæ merita re munerantur. In quorum cōpensatio- nem, qui bona communitatis distri- buit, vice totius communitatis, ex na- tura rei debet illa conferre, & elargiri, vt suprà dixi. 1. p. cap. 4. §. *Tertio requi- ritur*. Et cum sit peccatum Acceptio- nis personarum, non est negandum, contra Iustitiam Distributiuam mi- litare.

21 Quarè illud mihi veriùs apparet. Quod Magister Soto, Nauarro, Co- uarruuias, Didacus Perez, & alij citati asseuerant, cum distinctione loquentes. Aliquandò Distributi- uam Iustitiam ad restitutionem adstrin-

Aliquandò transgreßionem Distributiuæ ad restitutionem obligare, non tamen semper, neque in hac parte.

adstringere; non tamen semper, neque in hac parte, Quod attendas exoro (accutissime Princeps.) Nam si bona commnnia alicuius Reipublicæ, in singulos ciues eiusdem, distribuenda sint, tanquàm illorum præmia, iuxta dignitatem eorum; Transgressio Distributiuæ Iustitiæ, ad restitutionem adstringit. In quo casu testimonium Diui Thomæ, verificatur. Quod talis restitutio esset actus Commutatiuæ Iustitiæ, quamuis ex Iustitiæ Distributiuæ transgressione promanet. Vt expresse ait M. Soto, libr. 4. de Iustitia, & Iure, quæst. 6. artic. 1. ad. 3.

M. Soto. Nauarro. Couarr. Did. Perez.

M. Soto.

22 Neque est necesse (vt tacitè te interrogasse subaudio) vt ad eandem virtutem, ad quam spectat, non inferre damnum, pertineat, & illud reparare; Vt existimat Rebello, de Obligationibus Iustitiæ. 1. p. libr. 3. quæst. 3. nu. 5. contra M. Salon, folio. 1096. asserentem. *Quod licèt distributio ad solam Iustitiã Distri-*

Non est necesse ad eandem virtutẽ ad quam spectat non inferre damnum spectare illud reparare, contra Rebello. cũ M. Salon.

Distributiuam spectet, resarcire tamen damna, ex iniusta distributione emanantia ad Commutatiuam pertineat. Ex Iustitia enim Distributiua tenetur, ad nō inferendum damnum distributione iniusta, & ex Commutatiua adstringitur, propter delictū in iniusta distributione cōmissum, dānū illatū reparare; Quod & duplici probatur exemplo.

Primum est, in iudice, Qui ex multorum sententia tenetur, ex iustitia legali, leges seruare, & iustas ferre sentētias, in ordine ad bonum commune, & tamensi iniquam ferat sententiam; restituere tenetur, non ex Iustitia lega ligali; sed ex Commutatiua, propter ius Commutatiuuum, quod ex tali delicto resultat, & persona lęsa ius habet, vt sibi restitutione cōpēsetur, quātum dāni intulit iniqua sentētia. Ecce obligationē nō inferendi dānū, à Iustitia legali, & obligationem reparandi illud, à Iustitia Commutatiua.

23 *Duplici probatur exemplo. Primum.*

Secundum exemplum.

Secundum exemplum eſt. Quia ex
virtute obſeruantiæ obligatur quis, 24
alium contumelia non afficere, ſed
potius honore, pro ratione excellen-
tiæ, quam habet, & tamèn ſi quis aliũ
contumelijs afficiat: ex Iuſtitia Com
mutatiua obligatur, illi ſatisfacere, vel
veniam petẽdo, vel alio honoris actu;

D.Thom.

vt docet Diuus Thomas. 2. 2. quæſt.
62. artic. 2. ad. 3. Quarê licèt actus ho-
norandi, quatenùs debitus, propter ex
cellentiam alicuius, ad virtutem Ob-
ſeruantiæ pertineat: At quatenùs debi
tus in compenſationem contumeliæ,
eſt Iuſtitiæ Commutatiuæ. Nam licèt 25
homines non habeant ius Iuſtitiæ, vt
ab alijs honorentur: habent tamen ne
inhonorentur, & contumelijs afficiã-
tur: & contrà hoc ius agit, qui alium
offendit, ac proinde tenetur illi, ex
Iuſtitia Commutatiua ſatisfacere, red
dendo illi, tantundèm honoris, quatũ
abſtulit, ſic igitur, in præſenti D. Tho.

aſſeue-

asseueratione, restitutio actus est Commutatiuæ Iustitiæ, quamuis ex Distributiuæ transgresʃione promanet.

26 Atsi bona aliqua Reipublicæ, vel alicuius Ecclesiæ danda sint propter ministerium, quod in tali Republica exerceri debet, & vt melius exerceatur; præcipitur quidam modus Distributiuæ Iustitiæ, vt digniores eligantur ministri. Tunc Iustitia Distributiua non obligat ad restitutionem. Quoniam præcipuum intentum satis adimpletur, si iustè detur stipendium digno ministro. Non enim datur officiũ, neque stipendium ex iure proprio illius, qui elegitur, sed ex iure, quod habet Respublica, ad quærendum idoneos ministros. Et in hoc casu, non loquitur D. Thomas, neq; vniuersaliter; sed admittendo, quòd aliquandò potest contingere, vt ex transgresʃione Iustitiæ Distributiuæ obligatio restituendi oriatur; respondet, actum ipsum resti-

Atsi bona sint propter ministerium elargienda, tunc transgresʃio Distributiuæ nõ obligat ad restitutionem.

D. Tho. exponitur.

tuendi, etiã tunc, ad Cõmutatiuam Iustitiam pertinere; Quibus D. Thom. testimonium ostenditur, & argumentũ ex eo deductum ennodatur.

Ad rationẽ respondetur. Rationi verò, Quam in illius sententiæ fauorem adducũt occurro. Quod directè, & per se digniori, si dimittatur non irrogatur iniuria, in aliquo bono, aut iure proprio; sed directè, & per se iniuria fit communitati, cui non datur adeò dignus minister, vt pro constituto stipendio dari, & proponi posset: & quoniam cõmunitas non petit vllam huius boni, quo fraudatur, restitutionẽ; sed potius vult, vt dignus minister integrè stipendium recipiat, non fit talis iniuria digniori posthabito, quæ ad restitutionem posſit adstringere. Licèt minùs propriè, & quasi ex resultantia, aliquam iniuriam pati, dicatur is, qui deberet assumi, & non assumitur; sed beneficium, aut officiũ. Illi dandum non erat, propter eius 27

vtili-

vtilitatem, aut bonum conferendum; ſed propter bonum Reipublicæ, quod alia via obtinetur: & ideò, non eſt prætermiſſo digniori aliquid reſtituendum.

CAPVT III.

An præmiſſo concurſu, & examine, digniori poſthabito, aliquid debeat reſtitui? & quid ex Concilio Tridentino colligatur?



TSI verum ſit, quod quãdò abſolutè datur beneficium digno, digniori dimiſſo nulla debeat reſtitutio fieri: Non ita mani-
1 feſtum eſt, neque tantorum virorum conſenſu receptum; quandò pręmiſſo concurſu dignus digniori præfertur; Vt ait Petrus de Nauarra, lib. 2. de

Per concurſum ad reſtitutionem teneri. Nauar.

Restitutione, cap. 2. illatione. 16. Et E- *Emæn. Rod.* *M. Rebello.* man. Rodriguez. 1. p. suæ Summæ, ca. 109. conc. 6. & nouissimè M. Rebello. 1. p. de obligationibus Iustitiæ; libr. 3. de obligat. ex delicto, quæst. 5. conc. 2. numer. 5. Vbi alios plures citat pro sua sententia Doctores, multiplicem oppositionis, concursus, & examinis formam præmittẽdo. Etsi cum eis ex Cõ- *Locus. Con' T. iden.* cilio Tridentino argumentum sumatur: Quod sessione. 24. cap. 18. pro lege concursus tradit, vt non alteri, quã 2 digniori detur beneficium. Vnde colligitur, quòd si alteri conferatur, & contra legem, & contra Iustitiam delinquatur, & electores damnum reparare teneantur.

Quòd si decretum Concilij Tridẽ- 3 tini ostenderimus, difficultati, & capitis inscriptioni satisfactũ fuisse putabimus; & huic expositioni aliã cuiusdã *Mot. propr. Pij 5. Pp.* Motus proprij Pij V. Pontificis Maximi, dat. Anno 1566. 15. Kalendas Aprilis,

lis, explibationem adiungo, quàm. 2. p. tit. de Electione digni, cap. 5. in hunc locum distuleră. Nam ex ijs locis colligi videtur, aliquod ius dignioribus esse concessum, vt ipsis solùm beneficia conferantur; Quandò concursus, & examen præmittitur.

4 Etenim Concilium Tridentinum. Tria continet aduertenda. Primum. Quòd Parochiales Ecclesiæ, non nisi præmisso examine inter eos, qui ab Episcopo fuerint designati, vel per edictum publicum vocaci, conferantur. Secundum. Vt ex approbatis per exa- *Con. Triden. tria præcipit abseruari.* *Primum.* *Secundum.*

5 men, Episcopus illum eligat, quem iudicat magis idoneum, cui, & non alteri beneficium conferatur ab eo, ad

6 quem spectat institutio. Tertium. Patronum Ecclesiasticū debere præsentare magis idoneum, ex approbatis. Et Patronum laycum, saltem dignum debere præsentare: & neminem posse ad curatum beneficium admit- *Tertium.*

 ti, nisi

ti, nisi ex eorum numero, qui fuerint examinati,& approbati.

Motus Pij Quinti. *Duo prouidet primum.*

7 Et vt hoc meliori modo, executioni mandaretur, in Motu proprio Pij V. duo prouidētur, Primum si cōferatur beneficium præter, aut contra formā Concilij Tridentini, collationem esse inualidam.

Secundum.

8 Secundum. Quòd si minùs dignus ab Episcopo eligatur, ad Metropolitanum, vel ad viciniorem Episcopum, si Archiepiscopus illam fecerit electionem, posit magis dignus appellare, & constito per nouum examen, de irrationabili prioris electionis iudicio, illa reuocetur, & beneficium magis digno conferatur. Sed tamen prior electio executioni mandetur, quandiù interposita durat appellatio. In ijs ergo decretis, datur ius examinatis, & approbatis, vt si alius eligatur, qui neque examinatus fuerit, neque approbatus, irrita sit illius electio. Datur etiam ius dignio-

Ius dari examinatis, & approbatis, vt si alius eligatur, irrita sit eius electio.

9

digniori, vt nouũ petat examen, apud ſuperiorem, & vt prioris electionis reuocationem exigat, ſi irrationabilis fuerit, & ferè notoriè iniuſta. Et quantùm ad digniorem ſolùm dicitur, vt ſi
10 aliquis tanquàm dignior ſit ab Epiſcopo præſentatus, habeat ille ius ad inſtitutionem petendam.

Ius etiã dari digniori, vt nouum petat examen.

11 Hac Concilij, & Motus proprij declaratione ſuppoſita, adhuc in noſtra ſententia perſiſtimus aſſerẽtes, ex eo quòd magis dignus pręter mittatur obligationem reſtituendi non oriri. Ita M. Soto, libr. 4. de Iuſtitia, quæſt. 6, artic. 3. ad 6. Nau. c. 17. nu. 74. & M. Rebello, loco citato, qui pręmiſſa multiplici forma oppoſitionis, dùm de cõcurſu, & examine per edictum publicum, concluſionem primam ſtatuit, à reſtitutionis obligatione liberat eum, qui hoc præmiſſo dignum aſſumit.

Vera ſententia etiam adhuc præmiſſo concurſu obligationẽ reſtituendi, non oriri.

M. Soto.

M. Nauar.

M. Rebello.

12 Et ſic ad id, quod ex Concilio deductum, aliquid noſtræ determinationi

Con. Tri. & Motus Pij 5. exponuntur

opponi, posset existimari. Respondeo. In Concilio Tridentino, & in Motu proprio non dari ius magis digno, vt quasi proprium sit illius beneficium, aut iure suo debitum. Sed solùm præcipi, vt dignior eligatur, propter vtilitatem Ecclesiæ, quæ quidem obligatio, etiam est de iure diuino, & naturali. Illius tamen transgresio non obligat ad restitutionem. Quia tamen datur ius examinationis, & approbationis, si alij præter hos eligantur, tenerentur electores ad restitutionem, scilicet, ad eligendum aliquem ex approbatis. Similiter quandò ex approbatis, elector eligit vnum, tanquàm magis dignum, habet ius ad petendam institutionem, & collationem tituli, non ex maiori dignitate, sed ex electione illius iam facta. Quòd verò 13
posit dignior prætermissus appellare ad superiorem, vt prior reuocetur electio, potius nostram assertio-
nem

nem confirmat. . Nam ſi valida fuit prior electio digni, non fuit facta iniuſtitia ſtricta magis digno . Talis enim iniuſtitia ſententiam annullat ; Sed propter ipſam vtilitatem Eccleſiæ, quam intendunt Concilium, & Summus Pontifex, datum fuit de nouo ius digniori prætermiſſo , vt appellaret, poſcendo nouũ examen. Potuit enim in priori examine reperiri iniuſtitia, in modo procedendi, aut in eo, quòd nõ fuerit pronunciatus vt dignior , qui notabiliter , & notoriè magis dignus erat . Nam licèt ex tali dignitate non habeat propriè ius ad beneficium collatum, eſt illi ius ad reſcindendũ priorem electionem, quæ nõ fuerat rectè, & ad intentum Eccleſiæ facta.

An Cathedræ Vniuerſitatũ, & Canonicatus Eccleſiarũ obligationem induant reſtituendi, ſi digniores omittantur.

14 Ex quo infero idem fore dicendũ in Cathedrarum, Vniuerſitatum, & Canonicatuum Eccleſiarum , quæ per uteram, & propriam oppoſitionem, & ſuffragantium placita, conferuntur, vt ni-

Non inducere vera sententia.
M.Soto.
Nauarro.

vt nihil à te (Princeps Christianissime) possit in hac materia desiderari. Nulla enim ex electione digni, etiam si dignior ommittatur obligatio restituendi suboritur, Vt expresse M. Soto, Nauarro, & alij determinant, & omnes ij, qui supra citati sentiunt nullam oriri obligationem restituendi, quandò beneficium confertur alicui digno, digniori dimisso. Nam prorsus militat vtrobique eadem ratio. Non enim digniori, Cathedra, Canonicatus, aut beneficium debetur, proprio eius iure, aut propriæ Iustitiæ titulo; Sed Reipublicæ, Ecclesiæ, aut Vniuersitati debetur directè dignus minister ex Commutatiua Iustitia, cuius transgressio in hac parte non obligat ad restitutionem. Neque illam petunt Respublica, Vniuersitas, aut Ecclesia; Quandò illis datur dignus minister. Secundariùs autem respectus, vt magis digni remunerentur, efficit

efficit quidē, vt grauiter peccēt, qui dig niores, nō prępferūt, nō tamē tribuit titulū, vt ipsis aliquid restituatur, vt de Electione ad beneficia diximus c. pręcedē

16 ti. Neque aliter oportet respondere ad fundamenta contrariæ sententię, quā M. Aragon, Eman. Rodriguez, & nouissime Rebello, ibi, cōc. 2. tuētur, quā suprà respondimus, dùm de beneficiorum collatione erat sermo. Quamuis enim non improbabilem censeamus sententiam, quæ ad restitutionem obligat facientem. Vt probabiliorem tamen, & vsu communi receptam, sequimur præfatam sententiam quæ ad restitutionem non obligat, quandocumque dignus eligitur, siue in beneficijs, siue in officijs sæcularibus, vel in Cathedris. Nam in omnibus ijs eadem ratio manifesta

17 apparet. Et hæc sententia magis paci consulit, & quieti eorum, quibus iniuncta est cura, de ministris prouidere,

Contrariæ sententiæ satis fit.

M. Aragon.
Eman. Rod.
M. Rebello.

uidere, illos eligere, vel præsentare eligendos, Regemque supremum de eis consultare. Caueant tamen ij, quibus est huiusmodi consultatio commissa, ne ex eo, quòd ad restitutionem non teneãtur, putent se peccato mortali, & pœna salutis æternæ non adstringi; Quod qualiter sit, supra ostendimus. 2. p. tit. de Electione digni. cap. 6.

Et hæc, de iniustè Distribuentibus.



DE

DE IIS, QVI HORUM OMNIUM CONSECUTIONEM IMPEDIUNT.

CAPVT IIII.

Quandô consecutionem boni, quod non est ex Iustitia debitum, sed gratia conferendum; Malo animo, ex odio, aut vindicta, quis impedit, ad quid teneatur?



ON solùm ij,qui bo
na communitatis iniu
stè distribuunt; sed, &
ij, qui rectam eorum
1 distributionem impe-
diunt,quocumq; mo-
do id faciãt,malè faciunt,& ad aliquid
obligari,manifestũ est. Sed quia nõ eo
dem

Diuersa bona, quæ possunt impediri. dem modo recta hæc impeditur distributio, neque eadem sunt bona, quorũ amouetur assecutio; Nõ item eodem modo, de impedientibus, sicut neque de bonis impeditis disserendum est. *Eo diuersus modus quo impediuntur per modum iniustum, aut per modum de se licitum*
Quandoque enim impedimentũ opponi potest per modum iniustum, vt per vim dolum, aut fraudem. Et quandoque per modũ de se licitum, vt precibus, persuasionibus, admonitiobus. 2
Deinde bonum, quod impeditur aliquandò, ex Gratia, & liberalitate erat conferendum, vt in testamentis solẽt constitui aliqua gratiosa legata. Et ea, quæ Rex supremus liberaliter conferre solet, de bonis proprijs, suoque Regali thesauro asseruatis, nõ vt aliquod suorum ciuium seruitium compẽset; sed vt suam erga eos benignitatem, & liberalitatem ostendat, quod frequenter solet cõtingere in eis rebus, quę de Gratia, & Hispane (*de merced*) dicuntur. *Bona, quædã ex gratia.* 3
Et aliquãdò erat debitũ ex Iustitia, vel *Quædam ex iustitia conferenda.* 4

vel commutatiua, vt quod erat restituendum, vel Distributiua, vt dignioribus debita sunt officia, aut beneficia: & de ijs solùm nobis disserēdum est, cum de impedientibus bonorum
5 assecutionem capitis inscriptio quærit. De alijs enim modis impediendi, & bonis impeditis, non est mei instituti in præsentiarum discutere, de quibus communiter tractant Doctores cum D. Thoma. 2. 2. quæst. 62. art. 2. ad. 4. M. Soto, lib. 4. de Iustitia, & Iure q. 6. art. 3. M. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 5. §. 3. Cardinal. Toletus, lib. 5. suæ summæ cap. 19. §. in primis Nauarro, cap. 17. numer. 70. Couarru. Regul. Peccatum. 2. part. §. 7. num. 8. Ludouicus Lopez. 1. part. capit 127. Emanuel Rodriguez. 1. part. summæ, capit. 109. Magister Aragon, Salon. Bañez, Magister Rebello, de obligationibus Iustitiæ. 1. parte libro tertio, quæstio. 1. Azor.

De quibus disseratur.

De bonis ex Iustitia debitis.
D. Thomas.
M. Soto.
M. Valētia.
Card. Tolet.
Nauarro.
Couarru.
Lud. Lopez.
Emā. Rodri.
M. Aragō.
M. Salon.
M. Bañez.
M. Rebello.
M. Azor.

2.tom.institutionum Moralium, lib. 6. cap. 15. §. Decimo sexto quæritur, & alij, quos ij in suarum assertionum confirmationem adducunt antiquos Doctores. Solùm ergo instituetur sermo de ijs, quæ vel mere gratis, vel ex iustitia distributiua solent conferri. Quod in hac tua officiorum, Beneficiorum, Episcopatuum, reddituum, & aliarum ex liberalitate mercedum, cõsultatione, & distributione, in hoc tuo Senatu (Princeps consultissimè) solet euenire. Vbi ea, quæ ex gratia, vel quia sic dicuntur, eoquod non ex rigorosa Iustitia, commutatiua scilicet, conferuntur; sed ex Distributiua cuiq; elargiuntur, secundùm cuiusq; dignitatem, & merita, quæ ne, vni dentur, quæ alteri quis elargiri intendit, vel malo animo, prece tamen, aut persuasionibus, ab eo amouet, quæ ei erant conferenda, vel aliquod detegendo crimen, vel antiquum, obli-

Sermo est de bonis ex gratia vel ex distributiua.

6

7

tum

tum tamèn, & emendatum, in memoriam reducendo, vel alia quacunq; ſolicitudine impediendo. Quibus poſſunt eſſe obnoxij omnes, qui ex conſilio, aut conſultatione bona diſtribuunt.

8 Hæc tamen diſceptatio in duplicem diſcecabitur reſolutionem. Prima erit de ijs, quæ merè gratis, & ex liberalitate conferuntur. Secunda (de qua aliud caput inſtituetur) de ijs, quæ ex Iuſtitia Diſtributiua debentur conferri, vt omnia quæ in hoc Senatu circunferuntur facili diſcurſu, & optima methodo comprehendam. *Huius diſceptationis diuiſio.*

9 Circa primum, de quo huius capitis inſcriptio quærit; Communiſsima eſt omnium Doctorum aſſertio, eaq; veriſsima. Quod ſi bonum non erat debitum ex Iuſtitia, neque per modùm iniuſtum impeditur, quamuis iniquo animo impediatur precibus, *De ijs, quæ mere gratis, & ex liberalitate conferuntur.*

cibus , aut perſuaſionibus , nulla eſt obligatio reſtituendi. 10

Vbi notanter dixi vt ſemel dictum alijs in hac parte multoties repetitis inſeruiat , ſi non erat debitum ea Iuſtitia , neque per modum iniuſtum impeditur, vtrumque enim neceſſarium eſt , vt obligatio reſtitutionis oriatur . Quia ſi non eſt ex Iuſtitia debitum , qui ſic impedit non aufert illius ius. Et ſi non via iniuſta, vi , aut fraude , & contra Iuſtitiam fiat , licèt mala fuerit , & contrà Charitatem , reſtituere non tenetur , ſi enim vis , dolus , aut fraus contra Iuſtitiam bonorum aſſequtioni opponantur , tunc fieri deberet reſtitutio ei , cui danda erat huiuſmodi gratioſa donatio , dicat quidquid velit Syluester verbo reſtitutio. 3. §. 12. Si tamen , non ita fiat , licèt iniquo animo , ex odio,

Vera aſſertio ſi bonum non erat debitũ ex iuſtitia neque per modum iniuſtũ, & contra Iuſtitiam impeditur, nulla eſt obligatio reſtituendi.

Syluester.

ex odio, aut vindicta impediat quis; ad restitutionem non adstringetur.

11 Quod ex eo constat. Quia factum ipsum non est contra ius alicuius proximi; & interior malus animus, licèt charitatem offendat, & ex eo peccatum incurrat; non tamen Iustitiam, cuius solius violatio, restituendi obli-
12 gationem inducit. Non enim ad restitutionem refert, quo animò facias; sed quo iure, vel quibus modis; hoc est per modos ne Iustitiæ, an alios, alijs virtutibus contrarios? Vnde iudex ex odio suspēdens reum; seruato alioquim ordine iuris, licèt mortaliter contra charitatem delinquat, non tamē ad restitutionem tenebitur. In casu ergo proposito, nulla erit talis obligatio restituendi. Nam ille qui liberaliter tribuere volebat, non dat aliquod ius, vt alteri res, ex iustitia debeatur, & qui persuadet, vel postulat, vt alteri nō detur, non peccat ex hoc

Assertio ostenditur manifestè.

 contra

contra iustitiã. Quòd verò malo animo faciat id, quod de se iniustum non est, obligationem restituendi non inducit. Vndè quandò persuasione voluntas mutatur testatoris, nulla est obligatio restituẽdi; quamuis ex odio alicuius personæ processerit persuasio, & ex hoc mortaliter delinquatur contra prohibitionem Clementinæ primæ. De Priuilegijs, & abusibus. Et similiter quandò duo sunt æquè digni, qui persuadet, vt vni detur, & non alteri, quamuis ex odio alicuius id faciat ad restitutionem non tenebitur. Vndè verissima est illa Holdonis regula ab Adriano, de restitutione relata, quæ habet. *Quoties quis impedit alium, â consequendo bono, quod illi de iustitia non debebatur, ad restitutionẽ non teneri.* Si vim, aut fraudem secludas, aliàs falsa est. Ita sentiunt Adrianus in dicta quæst. de restitutione. §. consequenter quæro, vtrum impediens

Quid, quando persuasione voluntas mutatur Testatoris.

13

Clement. Prima de Priuilegijs, & Abusibus.

Regula Holdonis.

14

Adrianus.

diens. M. Soto, lib. 4. de Iustitia, & Iure quæst. 6. artic. 3. ad 6. Couarruuias in dicta relectione reg. Peccatum. 2. part. §. 7. numer. 8. Nauarro, capit. 17. numer. 70. Cardin. Toletus, lib. 5. summæ, capit. 19. Rebello de obligationibus iustitiæ. 1. part. lib. 3. quæst. 1. num. 5. Azor, tomo. 2. institut. Moralium, lib. 6. cap. 15. §. Decimo sexto quæritur; & alij.

M. Soto. Couarru. Nauarro. Card. Tolet. Rebello. Azor.

15 Et licèt in consultationibus, quæ de ijs rebus conferendis fiunt in Regali Noui Orbis Indiarum Senatu, Senatores, Supremiq; Consules, qui vt hoc Regi proponant, & consulant, sunt destinati, locum habeant distribuentium, vt supremi, ita vt qui huic denegat; & alteri dat, impediens dici non possit; Tamèn si malo animo, aut ex vindicta alios Senatores, & Consules prece, & persuasibus à voluntate dandi se moueat, quòd est

Si Cõsules, alios prece, aut persuasione malo animo, à collatione alicuius boni retrahãt peccant, non tamẽ sunt restitutioni obnoxij.

idem suo modo, ac Regẽ ipsum amouere, hũc etsi à restitutione excusem, quia non actione contra Iustitiam facit; Non tamen à peccato contra charitatem commisso, illum excusare audeo. Et si post factam de tali gratiosa, & liberali donatione consultationem, personam gerens impedientis, Supremum Regem ab huiusmodi retrahat elargitione, & proximum tali mercede, & liberali donatione priuauerit, mortaliter peccare, secundùm rei grauitatem haud dubito; ad restitutionem tamen non tenebitur, nisi actione aliqua contra Iustitiam fecerit. 16

Idem dicendum si post factam consultationem Regem auocauerit.

At si non iam de Peccato, sed de restitutione dubitans, illud D. Thomæ, dictum. 2. 2. quæst. 62. arti. 2. ad. 4. argumentum opponas, quo eam (restitutionem scilicet) ex malo animo oriri, insinuare videtur, inquiẽs. *Quod si propter odiũ, vel vindictam aliquis* 17

Argumentum ex D. Thomæ.

impedit,

impedit, tenetur ad restitutionem, si autem bono animo impediat, non tenetur. Vbi bono, vel malo animo, non tamen iustæ, vel iniustæ actioni contra iustitiam, obligationem restituendi, vel ab ea immunitatẽ, attribuit. Quod pro verissimo asseuerant Scotus, in. 4. sent. dist. 15. q. 2. art. 2. & q. 6. artic. 3. Paludanus, ibidem q. 2. artic. 2. Ricardus artic. 5. q. 4. Et probat Scotus, ex l. 1. ff. aqua pluuia arcẽda. §. Idem aiũt,

Scotus. Paludan. Ricard.

19 quæ decernit. *Qui puteum effodit in suo fundo, & præscindit aquæ venam, per quam in puteum vicini aqua deribatur, non teneri de damno, si non fecit animo nocendi.* A contrario ergo sensu (quod argumentum efficax præcipuè in iure esse solet) tenebitur, si animus nocendi adsit. Similiter ergo dicendum de eo, qui eodem animo, alterum à consequendo bono impedit, ad restitutionem teneri.

L. 1. ff. aqua pluuia arcẽda. §. idem aiunt.

19 Quibus, & breui, & facili resolutio *Solutio.*

ne occurro. D. Thomam ibi loqui de
D. Thomæ expositio. eo, qui non quomodocunq; animo
nocendi, sed simul iniustè impedit
quempiam ab aliquo bono, siue quia
ad id alter habet ius, ex firma dantis
voluntate, quàm sufficere ostendit
Card. Tolet. Cardinal. Toletus, lib. 5. summæ, cap.
M. Soto. 19. ex M. Soto, lib. 4. de Iustitia q. 6. ar-
tic. 3. siue, quia per vim fraudem, aut
dolum, quis alterum impedit, quod
est iniustè impedire: sic D. Thomam
interpretatur. M. Soto, quem sequi-
M. Valent. tur M. Valentia. Vel illum cum M. 20
Alia D. Thomæ expositio. Rebello exposuerim. D. Thomam,
non existimasse, animum nocen-
di secundùm se obligare, ad resti-
tutionem; sed asserere voluisse, vt
plurimùm esse causam, qua quis mo-
uetur, ad aliquid impediendum â
bono consequendo; vel ipsi ex Ius-
titia debito; vel per modos inius-
Ad legem duplex isq; tos. 21

Ad legem etiam illam omissa Ca-
ieta-

ietani expositione; cum Nauarro, vbi supra, numer. 71. Primò respondeo in ea non tractari de obligatione restituendi; sed de actione, quæ datur contra alterum, quasi ex iniuria, & dolo, quæ actio non datur, quandò deficit animus nocendi, sed quantùm ad obligationem restituendi, quamuis ille, qui bono animo fecit, non teneatur restituere; non sequitur à contrario sensu, vt ille, qui malo animo facit teneatur ad restitutionem.

subtilis intellectus. Primus. Nauarre.

22 Nam argumentum à contrario sensu valet in iure, quandò in iure contrarium non disponitur, iuxta Glossam capitis, significasti, de foro competenti per l. autem Proculus, & l. Fluminum. §. vltimo. ff. de damno infecto absolutè habetur. *Eum qui in suo aperit puteum, etiam si venas vicini inferioris: præscindat nõteneri*, ac meritò, quia aqua trãsiens iure

Quomodo argumentũ à contrario sensu valeat in iure Glossa, cap. sign. de foro compet. l. Proculus. l. Fluminũ, §. vlt. de dãno in facto.

iure naturali tua est, saltem, quoad tibi opus fuerit, & animus in mente retentus nihil operatur, & quandò factum de se non est iniustum, ex intenne mentis, non inducitur restitutionis obligatio.

Secundus intellectus. M. Soto.

23 Secundò ad eandem legem cum M. Soto, ibi: Respondeo illam non loqui de intẽtione interna, sed de facto ipso exteriori, quod quidem iudicatur iniustum, quandò eo modo fit, vt noceat alteri, & nõ ad vtilitatem propriam; & hoc constare potest, ex ipso modo, quo impedimentum præstatur proximo, ad consequendum bonum sibi debitum, vel quandò datur occasio ad eius nucumentum; quæ occasio necessaria non erat, ad vtilitatem propriam, neq; ad vtendum iure suo.

Pro hoc intellectu duplex exemplum.

24 Hoc autem, quod M. Soto docet, & sequitur. M. Valentia duplici verificatur exemplo. Primum est, quãdò

riuus

riuus aquæ, per vnius fundum deribatur, ad agrum alterius, & ille ad cuius agrum prius accedit, aquam, aut præſcindendo venas, aut foſa aliqua ſibi inutili, impedit, ne deriuetur, ad agrũ alterius. Tunc enim ex facto ipſo, malus animus nocendi conſtat, & obligatio ad reſtitutionem; quam non incurreret, ſi vtendo iure ſuo, in proprio agro, tantum aquæ inſumeret, vt parum alteri ſupereſſet, vt diximus in primo intellectu.

25 Secundum exemplum in legibus citatis conſtituitur. Quandò aliquis aquam fluuiam ab agro proprio diuertit, quæ quidem ex illa deriuatione alteri nocet. Nam ſi neceſſarium hoc fuit, ne aqua pluuia ſibi noceret; Nec datur actio, neque obligatio reſtituendi. Si tamen poterat, ſine alterius nocumento, proprium damnum impedire, ex illo facto alteri nociuo, conſtat ma- *Secundum.*

lus

lus animus, & datur actio de iniuria, & obligatio ad restituendum, non ex malo animo interiori, sed ex facto exteriori, malũ animum prabamq;, & iniquam voluntatem ostendente.

Obiectio. At si vnum opponas, quod quemdam virum doctissimum obijcientẽ audiui. Quod qui ex odio, aut vindicta, bonum proximi impedit, peccat contra Iustitiam, appetit enim proximi damnum; & inde colligas, ad restitutionem teneri. 26

Solutio. Respondeo, quod si exterius factum, non est contra iustitiam, quocunq; animo fiat, non obligat ad restitutionem, quamuis aliquãdò contingat, factum ipsum ex interiori iniustitiæ actu procedere, quo mortem optaret inferre, aut damnum in proprijs bonis illi, quem impediuit à bono liberaliter conferendo. Quoniam persuasio, qua impediuit, non est contra Iustitiam, vt supposuimus. Neq; 28 27

bonum

bonum illud erat debitum ex Iustitia, quod vtrumq; necessarium fore, ad restitutionem ex superioribus cõstat. Quare iniustitia remanet in mente, & exterius factum iniustitiam non continet, qua bonum alterius auferatur, & hoc non vt à peccato, ex malo, & iniquo animo proueniente, sed vt à restitutione ex iniusta actione pro manante, sic impedientes excusem, dixerim in præsenti, & sic dixisse sufficiat, pro ijs, quæ mere gratis, & ex liberalitate conferuntur, vt ad alia quæ secundo examinanda constitui, progrediar.

CAP.

CAPVT. VLTIM.

Qui bonum ex Iustitia Distributiua debitū impedit; ad quid strictè teneatur? Vbi de bonis omnibus, quæ in Noua Hispania specialiter dispensantur, & quæ Conquisitoribus elargiuntur, vel elargiri debent, erit Sermo.

Quæ huc spectent.



HVC omnia ea spectant, quę ad officia, Beneficia, Episcopatus, redditus pertinent, & ea, quæ non solùm ex liberalitate, sed ex Iustitia Distributiua nobilibus illius Regni, primis ducibus, & Conquisitoribus, & illorum filijs, & Nepotibus secūdùm cuiusq; merita, & dignitatem, quam in totius Regni vtilitatem, & prouentum à primæua illius Orbis Cōquisitione, ostēderunt, distribuuntur, quo dicuntur 1

(enco-

(*Encomiendas*) & alia, quæ pro illorũ, sustentatione (Christianissimus Rex) ex suo thesauro habet asseruata, quę dicuntur (*entretenimientos*) & secundũ eorũ necessitatẽ, pro dignitate cõferũtur. Quæ omnia ad Iustitiã Distributiuã spectant, quatenùs secũdũ cuiusq; dignitatem, & merita debent elargiri.

Encomiendas.

Entretenimientos.

3 Et quãuis hæc, quæ, *Encomiẽdas*, dicuntur, Et, *entretenimientos*, Quia in remuneratione laborũ, quos passi; suorũque sumptuũ, quos elargiti sunt primi illi Duces, & Conquisitores, pro prima illorũ Regnorum inuentione, acquisitione, & debellatione, eis ex Iustitia Cõmutatiua deberi, dicere non dubitarim. Quatenus sunt pro laboribus stipẽdium, pro sumptibus solutio, pro terris, & Regnis ipsis semel partis, suoque Regi vltrò oblatis, fideliterq; & liberaliter elargitis, remuneratio; Quæ ad Cõmutatiuã pertinent, Ac per cõsequens perpetua esse deberent, & nullo

Qua ratione hæc ad Commutatiuam spectare possent.

4

Et perpetua eſſe deberent nulla que poſſe eis tempo ris conditio- nem, & mẽ ſuram con- ſtitui.

vnquā tēpore terminari, Quia quod ex Iuſtitia Cōmutatiua confertur, tan quàm ei, cui debetur, & ei, qui ius ha- bet rigoroſum confertur. Et quis po- terit pro alieno Iure, ſi proprium ſit, tẽ poris conditionem ſtatuere, & aliquā aſsignare menſuram? Ipſi tamèn vide rint ad quos ſpectat, & quibus ſuam, Chriſtianiſsimus Rex credit obligatio nem, Chriſtianiſsimi enim, & doctiſsi mi ſunt Conſules, vt Regi conſulant quæ Regiæ conſcientiæ, & paci noue rint conducentia. Te ſolùm Principẽ humaniſsimum vellem perſuaſum ha bere; Quòd hæc res ſumma eſt conſi- deratione digniſsima, & quæ tuū ani- mum nón parùm debet ad miſeratio nem commouere. Quia multos agno ui, ex primorum illorum conquiſito- 6 rum ſucceſſoribus, & directa ſucceſ- ſione progenitis, qui neque pro ſtipẽ- dio, neq; pro remuneratione ſua, neq; ſuorū parẽtum, aliquid acceperint, & paupe-

Maximè ad uertendum.

Quod cōqui ſitorum ſuc- ceſſores, nul- lam habent pro ſuo labo re mercedẽ.

pauperes mercede aliorũ viuunt, qui sibi debitis pótiũtur, & gaudent, & cũ ipsi laborarint, alios vident, in suos labores, laborumque fructus introire, Quod eis summæ tristitiæ est, & tibi summæ curæ esse debet, cui commissum est eorum patrocinium.

7 Vbi si pro tuæ cõsciẽtiæ pace à me quærere volueris, Qua obligatione supremus Rex teneatur huiusmodi remunerare seruitia, cũ iam primis illis Ducibus, horũ parentibus, sufficiẽter fuerint remunerata? Aliqua, vt huic interrogationi respõdeã, vellem te beneuolum, & attentũ habere, vt huic rei, non semel in dubium adductæ, semel respondisse sufficiat.

Dubium, de perpetuitate remuneratio nis, pro serui tijs.

8 Pro quo vnũ præ oculis habeas, quòd seruitia, & obsequia, quæ supremis Regibus, & vniuersæ Reipublicæ prestantur, ex sua natura, propriaque, & innata ratione; æquali, vel proportionata remuneratione dignissima sunt,

Seruicia in obsequiũ Regis, & Reipublicæ exhibita remunerationem exigunt æqualem, vel proportionatam.

 ita

ita vt Regẽ, aut Rempublicã, ad iuſtã eorũ ſatisfactionem coerceant, & ab eis iure ipſo exigi poſsint; Rexq; , & Reſpublica præſtare teneantur, ſecundũ doctrinam Iuriſconſultorũ communem Baldi, in. l. ſi cum mihi. ff. de dolo. Pelaez, de Maioratibus. 1. p. q. 26. nu. 6. Pariſ. conſi. 11. num. 48. volu. 1. Tiraq. in. l. ſi vnquàm, verbo, Donatione, nu. 42. C. de Reuocandis donationibus. Auendaño, lib. 1. de Exequendis, ca. 1. nu. 3. verſi. Item ſcientia, Cabedo. libr. 3. Diuerſarum, cap. 8. à nu. 3. poſt alios.

Baldus. Pelaez. Pariſ. Tiraq. Auenda. Cabedo.

Ex quo infero recta illatione deductum, Quòd ſi ſeruitium, & officium, ipſum, in Regis, & Reipublicæ obſequium exhibitũ, eius ſint naturæ, vt dationem, aut factum, ex ſua natura perpetuum contineant: ſatiſfactionẽ, item ipſam, & pro illo ſeruitio, & facto remunerationem, ex ſua natura perpetuam eſſe debere, reſoluunt Palacios, in Repetione Rubricæ. §. 50. nume. 5. 9

Si idquod in ſeruitio, & facto continetur perpetuum fuerit perpetua itẽ, debet eſſe remuneratio.

Palacios.

Vbi,

C.vlt.qui ex distrib.debitū imp. vbi ait. *Si Princeps prætextu concessionis, aliquid sit Lucratus, à suscipiente, puta aliquam dationē, vel factū, quod habeat perpetuam commēsurationem, cum re concessa, tunc non potest reuocare, quia committeret dolum.*

10 Deindè infero, quod priuilegia ipsa, & alia à Regibus concessa, cum iurisdictione terrarum, & oppidorum dominia, in laboris, & seruitij remunerationem, ex sua natura perpetua sunt, perpetuèq; debent à successoribus obtineri, vt in terminis specialiter obseruat Marc. Anton. Natta, consil. 122. num. 6. lib. 1. & omnes infra citā-

11 di. Ita vt neq; à Principe, neq; ab eius in Regno successoribus possint aliquandò reuocari, quæ semel fuerint in remuneratione Donatarijs elargita. Argumento in cap. 1. de noua forma fidelitatis in fæudis, l. pen. §. 1. ff. de Donat. resoluit Barthol. in l. quod semel, ff. de Decretis ab ordine, & in

Priuilegia à Regibus, cū iurisdictione concessa ex sua natura sunt perpetua.

Marc. Ant. Natta.

Neq; à Principe neq; eius successoribus possūt reuocari.

Cap. 1. de noua forma fidelitatis in fæudis.

Barthol.

Baldus.
Barthol.
Gram.
Natta.
Bursat.
Gabriel.
Valasc.

l.2.n.10.ff.de Iure immunit.Baldus in l.qui se Patris n.10.C.vndè liberi.Grã ma.decis.65.a n.24.Natta cõsil. 122. a nu.10.vol.1.Bursat.cõsil. 160. nu. 33. volum.1.Gabriel, lib. communiũ tit. de non tollendo iure quæsito, concl. 6. nu. 6. Valasc.consult.72.num.5.

Si tamẽ causa fuerit, nõ ex culpa suborta,quare reuocari, vel modificari posint, alijs debet Princeps æquiualentibus cõpensare.

Si tamèn causa iusta, & adæquata superuenerit, vt Supremus Princeps, aut absolutè reuocare, vel ad tempus modificare posit huiusmodi munera in remuneratione concessa; Tunc Princeps tenetur strictoq; iure obligatur: Donatariorũ successoribus; æquiualentibus bonis, ablata munera cõpensare; dũmodò reuocatio illa, vel modificatio ex culpa eorum non processerit: ita Baldus, num. 10. in l. qui se Patris, C. vndè liberi, Natta cons. 122. num. 10. volum. 1 Pinel. post alios in l.1.3.p.nu. 62. illatione. 16. ad finem. C. de bonis maternis. 12

Ratio qua

Ratio tamẽ ea est, ipsaq; tutisima,

ma,

quia munera illa, in seruitij, & obsequij exhibiti remunerationẽ elargita, priuilegia in eorum compensationẽ concessa, transeunt in naturam contractus irreuocabilis, & eisdem debet conditionibus mensurari, ac id, quod proprijs pecunijs comparatur, supra qnod ius proprium, & rigorosum acquiritur; veraq; ratio, & stricta dominij; vt neq; auferri posit, nec reuocari, si alijs æqualibus, vel æquiualentibus non compensentur; quæ eãdem perpetuitatis conditionem in succes-
14 soribus forciantur. Hæc cũ Iuris Cõsultis libuit ostendere, eorumq; testimonijs probare, ne Theologorũ placita, quæ ab ipsis eneruari solent, viderentur; etsi manifestisima in hac
15 materia supersint. Et quæ pro illius Regni Cõquisitoribus deseruire possunt, qui sic Regi Supremo seruierũt, vt se, suaq; in illius obsequium præstiterint libentisime; ex dictis quisq;

tutissime ostenditur.

facilè deprehendet, ego tamen ad alia progredior.

Et quamuis inquàm, vt sic ad Iustitiam commutatiuam hæc pertinere existimauerim, ea tamen Distributiuæ subijcio, quatenùs secūdùm cuiusq; merita, & dignitatem, debent alargiri, secundùm, id quod supra nō semel dixeram, & præcipuè. 1. p. cap. 4. §. tertiò requiritur. 16

Vera capitis responsio.

Si via, & modo iniusto, bona hæc impediantur, erit restitutionis obligatio.

Et secundùm hanc rationem, cōmunissima Doctorum sententia, vt principaliori capitis inscriptioni respondeāt. Quod si per viam, & modū iniustum, talium bonorum impeditur assecutio, sic impediens ad restitutionem teneatur. V. G. si per vim, fraudem, aut dolum magis dignum impediat, vel ipsum Regem volentem digniori conferre, deceptione aliqua cōpellat, vt alteri minus digno conferat, tunc sine dubio fit restitutioni obnoxius, ita communiter omnes. M. 17

Soto,

Soto, de Iustitia. q. 6. art. 3. ad. 6. Ledesma. l. 4. fol. 155. Nauarro, cap. 17. nu. 8. Azor, tom. 2. institutionum Moralium, lib. 6. capit. 15. §. Decimò sextò quæritur. Rebello. 1. part. de obligationibus Iustitiæ, lib. 3. q. 1. num. 2. Qui & affirmant non solùm, quãdò bonum erat ex Iustitia Distributiua conferendum, sed & quandò ex liberalitate, secundum, id quod dixeram cap. præcedenti, erat dandum. Nam si decipitur is, qui dare volebat, non tribuit voluntariè alteri, auferendo ab eo, cui decreuerat elargiri, sed potius, per iniuriã, & iniustitiam inuoluntariè procedit.

M. Soto. Ledesma. Nauarro. Azor.

Rebello.

18 *Et hoc etiã cum bonum erat ex liberalitate conferendum.*

19 Et idem dicendum censeo, de eo, qui vt bona conferenda impediat, peccatum occultum detegit, quia ei debitũ erat ex Iustitia secretum, vel si antiquum emendatum in memoriam reducit, quia dummodò tali peccato, non fit indignus, quia emẽdatum est, iniustè, ex eo, tali bono priuatur. Et

Idem de eo qui peccatũ occultũ, vel antiquũ emẽdatum detigit, & ad memoriam reducit.

Et qui ſic impedit, non ſolùm malo animo, ſed iniuſta actione delinquit, ex qua ad reſtitutionem tenetur.

Qui voluntatem mutat à liberali donatione, non peccat, qui tamē iniuſtè illum facit mutare ad reſtitutionē tenetur.

20 Et quamuis ille, qui liberaliter conferre decreuerat, & ſi volũtatem mutet, quacumq; de cauſa, ad reſtitutionem non teneatur, benè tamèn, qui iniuſtè cauſat, vt voluntatem mutet.

21 Quoniam ex liberali voluntate, nondum ius ad rem acquiſierat, ille, cui bonum, erat cōferendum; ſed tamen ius habet procurãdi liberè proprium bonum, & fit illi manifeſta iniuria, quandò per vim, fraudem, aut alios modos Iuſtitiæ oppoſitos, illi via debita ad procurãdum tale bonum intercluditur, vel ab aliquo tertio, per fraudem, aut dolum, quod illi ex liberalitate donabatur, aufertur. Nec minus videtur, violenter, & iniuſtè auferri, quod iam decretum erat, vt illi daretur, & per fraudem, aut dolum nō datur. Quæ quidem iniuſtitia propria,

pria, non reperitur, quandó seruata libertate, & veritate, ille, qni dare volebat, voluntatem mutat, inquo etiam omnes conueniunt.

22 Quid tamē dicendũ; quãdò nõ per vim, fraudem, aut dolum, sed per modos de se licitos, vt precibus, aut persuasionibus impedit quis, ne dignior, officiũ, beneſiũ, aut alia ex Iustitia debita bona (quę diximꝰ) assequatur? De quo maior est huius instituti dissētio. *An qui per modos de se licitos, bonũ ex distributiua debitũ impedit teneatur ad restitutionē.*

Dicendũ censeo, & id probabilius,
23 & suauius existimo, scilicet, sic impedientem ad restitutionem, nõ teneri. Quod verissimum reputant. M. Soto, lib. 4. de Iustitia q. 6. art. 3. ad. 6. non lõge à fine artic. Nauarro, cap. 17. n. 69. & 73. Quod, & existimo censuisse, vel saltem, non improbasse Adrianum. q. de restitut. §. consequenter quæro, & ita non est verum, quod Couarruuias
24 dicto. §. 7. num. 8. concl. 4. asseuerat in contraria de hoc assertione sua, omnes *Sic impedientem ad restitutionem nõ teneri. M. Soto. Nauarro. Adrianus. Quid Couarruuias.*

M. Valētia. *Card. Tolet.* *M. Rebello.* nes cõuenire, ita M. Valentia, tom. 3. disp. 5. q. 6. de restitutione punct. 5. Cardin. Toletus, lib. 5. summę, cap. 19. Rebello, de obligationibus Iustitiæ. 1. p. lib. 3. q. 2. num. 8.

Ratio qua assertio ostēditur. Et hoc ex eo mihi probatur, quia 25 transgreſsio Iustitiæ Distributiuæ, in conferendis officijs, & alijs elargiendis, ad restitutionem non obligat, quã dò dignis conferuntur, & adimpletur intentum, propter quod stipendia cõferuntur. Nam ex secundario respectu magis dignos remunerandi, non acquirunt ipsi aliquod proprium ius, quod obliget, vt ipsis fiat satis, quãdò prætermittuntur, & alij minus digni præponuntur; de quo satis in superioribus diximus. Deindè, quia in illa per 26 suasione nomini irregatur iniuria, *Secunda ratio.* quę ad restitutionem adstringat, sicut enim si Rex mutaret voluntatē, & id, quod prius digniori statuerat cōferre digno conferat, ad restitutionem, nō teneretur;

teneretur;ita etiã,qui persuasione,precibus,aut quouis alio modo, licito tamen,ab eo impetrat,vt voluntatẽ mutet,ad restitutionem non tenebitur.

27 At Caietanus.2.2.q.62.art.2.ad dubium.3.&Couar.in dicto.§.Ludo.Lopez.Eman.Rodrig.M. Aragon.in sua semper persistentes sententia; Quod transgresio Iustitiæ Distributiuę obliget ad restitutionem, impedientẽ etiã eius rectam executionem,ad eandem obligant restitutionem.

Contrrria aliorum sententia. *Caietanus.* *Conar.* *Lopez.* *Aragon.* *Rodrig.*

28 Quia sicut Pręlatus(inquiunt)Qui beneficium digniori non confert, illi tenetur satisfacere;à fortiori tenebitur, qui vt mutet iustam voluntatem, suadet. Quod ex eo,non valet,Quia trans

Ratio eorũ.

29 gresio Iustitiæ Distributiuæ non obligat,in hoc casu ad restitutionem; Nã in electione beneficiorum, non distribuitur aliquod bonum commune, ea intẽtione,vt fiat proprium singularis personæ,sed potius,vt Respublica habeat

Horum sententia refellitur,& ratio soluitur.

beat miniſtrũ conuenientẽ: Et proptereà digniori poſthabito nulla reſtitutio debetur; Quia non eſt illi ablatum aliquod bonũ propriũ, niſi (vt prædictum eſt) per iniuriam aliquã, vel modos Commutatiuæ Iuſtitię oppoſitos impeditus fuerit à conſecutione beneficij, officij, vel alicuius alterius boni.

Quid cenſe- rit M. Reb.

Et M. Rebello loco citato, nu. 3. licêt 30 non exiſtimet violationẽ Iuſtitiæ Diſtributiuæ ad reſtitutionẽ obligare, ijs tamẽ ſubſcribit Doctorib⁹, exiſtimãs, in hoc, ſi ex Iuſtitia debetur; Commutatiuam violari.

Eius ſenten- tia improba- tur.

Nimis rigoroſa ſententia, ſi id, quod aufertur, non ex Iuſtitia Commutatiua, ſed Diſtributiua debe 31 tur, & non vi, fraude, dolo, aut alio modo Iuſtitiæ oppoſito, ab illius aſſecutione impeditur, vt diximus.

De bonis, quæ vt pro- pria cuiuſq; ſint diſtri- buuntur.

Quid tamen dicendum, de ijs 32 bonis, quæ vt communia diſtribuuntur ita, vt fiant propria cuiuſque ſingularis, vt ſunt ea, quæ diximus, in

Con-

Conquiſitores diſtribui, quæ bona communia ſunt; Et vt fiant cuiuſque propria dtſtribuuntur? Sibi conſulat,
33 qui huius rei difficultatem inſpexerit, & illorum hominum nunquam ſatis laudatam conditionem, & nunquam pro meritis laureatam dignitatem agnouerit. Et miſereatur (obſecro) illorum vicem, qui digni ob ſua geſta præclara, & humanis viribus ſuperiora facta, vt Comitum, Ducem, Marchionum titulis decorarentur; Non modò ijs honoribus, & in remunerationem, priuilegijs, eorum filij, non honorantur; Verùm pauperrimam vitam gerentes, ab alijs, quo viuant, mercede recipiunt. (Proh dolor.) Pro qui-
34 bus tuam pietatem exoro: Et benigniſsimam deprecor miſerationem, vt eis miſerearis, eorum laboribus, & ſeruitijs, in ſui Regis obſequium exhitis, dignam remunera-

De conquiſitorum vice infælici.

munerationem, & compensationem præstando; Dignissmi enim sunt, vt alijs præferantur in bonis, qui alios præierunt in malis; Et alijs præponantur in præmijs, qui alios præcesserunt in meritis.

(?)

¶ Quibus te vellem ad hæc omnia persuasum habere, Quem patronum inuoco; Rectorem aduoco; Presidem, ac Iudicem adiuro: Et vt Christianissimum Principem admoneo, coràm Deo, & Christo Iesu, Cui laus & honor, in sæcula.

Amen.



INDEX.

OMNIVM, QVAE IN HOC OPERE DE Iustitia Distributiua, & Acceptione personarum ei opposita, explicantur.

Acceptio Personarum.

Beneficia Ecclesiastica.

Mini-

INDEX.

Consultationes, quibus Supremus Senatus pro officijs Regem consulit.

Conquisitores.

Concursus.

Conditio.

Condi-

Congregationes.

Collator beneficij.

Dignitas per∫onæ.

Dignum

Dignum assumere ad beneficia Ecclesiastica.

Deus.

Episcopi inter Indos.

Electio.

Encomiendas.

Fidelitas.

Filij, illius noui Orbis Regni.

Filij

INDEX.

Iustitia.

INDEX.

Infor-

INDEX.

Informationes, quæ dicuntur de officio.

Impediens bona distribuenda.

Ignorantias.

De

Leuitas Materiæ.

Neophitus.

Obiectum.

Patronus.

Patronus,

INDEX.

Potestas, Layca & Ecclesiastica.

Prorreges illius Indiarum Orbis.

Regius

INDEX.

Regius Patronatus.

Remu-

Remuneratio pro seruicijs.

INDEX.

Repartimientos.

Restitutio.

Scientia.

Sæculare officium.


Virtus.

INDEX.

Virtus.

Omnia correctioni, & censuræ sacrosanctæ Catholicæ, & vniuersalis Ecclesiæ: Necnon, & cuiusque viri docti, emendationi subijcio.

(?)


43